

Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniuersum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvvtvs Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

V. Christus Mediator fidei, & hominum, pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](#)

RAVNAU

Tomus I.
De Christo
et
Tomus II.
De Atributis
Christi
A V E

480

Sectio V. Cap. V.

dem interpretatur, *vmbra in ore eius*. Quisquis enim fortia prædicat & eneruerit viuit, ne turpis appareat, quasi sub foliis se honesti sermonis occultat. Sub umbra se propri oris abscondit, dum in campum certaminis per sui torporis ignauam non procedit. Hic itaque quantum ad se, non ibidem, sed muliebrem sobolem, & hanc sub quinario numero generat, dum sequaces suos non ad robur spiritualis audacia, sed ad ortum educat ignobilis vita.] Plura in hanc rem in dissertatione de Verbi Dei Tractatione non heterocrita.



CAPVT V.

*Christus Mediator Dei & hominum;
Pax nostra, qui fecit virga
que vnum?*

NOMEN Solis iustitia de quo proxime actum, alia quoque ratione cum nomine *Mediatoris* recurrente, in Christum cadit. Avanum aperit Anastafius Sinaita lib. 4. Hexaëm. *in ipso fine*; Conferens enim opus materiale quartæ diei, cum opere mystico dii quartæ in Cosmopœta spirituali, quam prosequitur; Solem, qui quarto die in mundi fatalibus est creatus, confert, cum Christo: quartam verò diem, quippe medium colmopœa, respondere ait cum Christo Sole iustitia, qui eductus à Deo est medio tempore, hoc est in quarto milenario, qui est medius dies seculi: quomodo etiam in initio creationis, quartus dies fuit medius septem dierum. Propterea in eo fuit praefiguratus Sol iustitia, mediator Dei & hominum, & medius, ut Dominus tam eorum quæ cadunt sub aspectum, quam eorum quæ non cadunt: & medius Patris & Spiritus sancti, & intermedius lapis angularis duorum populorum. Qui etiam in cruce fuit infalsum sublatum in medio duorum latronum, & fecit salutem in medio terræ cum esset medius dies.] Quare ad considerationem Christi, prot mediatoris accingamur.

Mediationes improprie, dimisse.

913 Mediatorem porrò hinc accipio proprie, non ea duntaxat ratione, quam tradit S. Cyrius lib. 3. de ador. nimirum pro gubernatore, & protectore, qui medijs incedat inter suos clientes & corum aduersarios, prohibens hostes incursione, suas verò tegens ac viuans. Est quidem Christus, hac quoque ratione mediator, recteque S. Cyrius, ad Christum hoc modo spectatum accommodat illud de columna nubis sublata, & Ægyptios inter ac Hebreweos, per totam noctem interposita. Sed non est hæc illa propriæ dicta *Mediatoris* notio, quam querimus. Ut neque illa quæ pœi potest ex Gulielmo Parisiens lib. de monib. cap. 3. cum ait, in Dei Logica nullum esse medium sive argumentum validius, ad bene syllogizandum atque probandum quidlibet, vel contrarias obiectiones elidendas, quam Christi mortem. Christus quidem, hoc item modo, est Mediator. Nos

tamen nunc aliam mediationem eius attendimus. Quanquam video non fore operosum, priam mox proponendam. Quod intelligi potest ex alio eiusdem Gulielmi loco, neque ex Leur Deus homo cap. 7. *ad finem*, ubi ita habet. [Per Dei sapientiam, Diabolo qui conculcat omnia sub peccato, concludendum fuit conclusione confessionis perpetua, & fuit Sylogistica major extremitas, scilicet Deitas de rumore, scilicet de homine; & non tam inferenda vita argumento huiusmodi, quam etiam confenda. Non enim solimmodo inferenda era neganti vel dubitant homini Deitas, sed eum conferenda codem modo quo illum cam regipes fuit. Medium ergo terminum huius syllogismi, sic oportuit inter duas extremitates esse, ut maior de illo prædicaretur, & si pote de minore; quod est dicere quod Christus est Deus & quidam homo est Christus. Per hoc medium, Deitas homini non tam illata est, quam eum collata, & conclusum est morti aquæ Diabolo.] Vides mediationem illam syllogisticam, extra hi à Gulielmo, ab imperandi per Christum efficacitate quod primum fuerat adhibita, & accommodari ad mediationem qua per Christum mors elisa est, & Satan mortis auctor proflatus: quod pertinet ad germanam illam mediationis Christi notionem, de qua hic est agendum, etiam si prove sub illis terminis proponitur, non planè perspicciatur, sed lux aliqua superstitia fundenda, quod sic præsto.

Vera mediatoris notio, per sublationem disjunctiorum, Deum inter, & homines, intercedentium Christo vindicata.

914 Intercedebant homines inter ac Deum, iniunctiæ capitales, partim Adami peccato exitate, in quo omnes mortui sunt & à Deo alienati; partim quoad plerosque rationis complices, sub sorte ex peccatis quibus maiestatem diuinam ingratim sine violabant. Iniquitates enim nostra dividere, internos ac Deum, contestatur Scriptura. Eadémque, hominem idcirco à Deo fugere peccando docet: quod plane est, hominem fieri inimicum Deo per peccatum. [Deum enim fugere, (air S. Chrysost. hom. 11. in ad Philiij (in morali) non fit loco, nam ubi que est), sed operibus. Etenim loco quidem ab eo discedi non posse, audi Prophetam dicentem, *Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tuæ fugiam*; Quomodo igitur pote est à Deo fugere? Eodem modo, quemadmodum pote est procul à Deo proficiisci, ac longè absesse. *Quis se elongaverit, inquit, a te peribit.* Et rursum. *Nonne iniquitates vestrae dimiserunt inter me & vos?* Quomodo igitur si iste longinquus discesserit & quomodo intercedit internalium? Eleccione & animo. Loco enim pote non est. Quomodo enim quis ab eo, qui ubique adeat, fugiat? Peccator igitur fugit. Hoc est quod Scriptura inquit. *Fugit impius nemine persecutus.* Valde fugitus Deum, tametsi semper ille se cœtur nos. Apostolus ensim suum eò intendebat, vt prope ad illum accederemus, eò intendimus, vt procul discedamus. Ergo non haec digna lamentis? Quo fugis infelix, & miser? quo fugis à vita, & salute tue?

Si à Deo fugias , ad quem confugies ? Si à luce fugias, quod respicies? Si à vita fugias , vnde post hac viues ? Fugiimus hostem salutis nostræ. Quum peccamus , à Deo fugimus:fugitiuorum more erramus; ad alienam abcedimus terram, quemadmodum ille , qui comedebat paterna bona, & abiecta in alienam terram.]

Odimus ergo Deum, peccando, & ab eo auer-
timur, viciissimq; Deus adit nos. Nam quomodo
non oderit Deus , eum à quo per summum
seculis, tam perinde abicitur, pro re tantulajdest
pro gutta fuitatis, innumeris amaritudinibus
infoia ? Si Deus summe sanctus ac bonus ini-
quitatem non potest non auferari, necessarium
pro'us est, vt homini iniuriam admittentis,
sit inimicus. Quod recte considerans Lucifer
Calaritanus lib. 1. pro sancto Athanasi.
ita alloquebatur Constantino Imperatorem,
studentem aduersari mandatis Dei. [Quid est
alid , dicere , fac quod Deus fieri prohibuit,
nisi estote inimici Deo , acquisitie vobis Diabolum
amicum , date operam ne consequamini
paradisum , ne denique regnum cœlorum quod
vobis promisit si mandata eius seruaueritis Deus
amate inferna , dilitge stagnum ardente, de-
siderare esse cum omnibus qui sunt semper dan-
tes penas , desiderate dic̄i homines Diaboli.]
Cum igitur præter illud vniuersale naturæ pec-
catum quod omne Deo exos fecerat, multo-
rum insuper gratum actualium peccatorum
superpondium in plenitate acceſſeret , intere-
debat Deum inter & humanum genus inimi-
citat, quibus tollendis, &c. ciliandis paci, nec-
saria fuit persona que ponet manum suam in
ambobus. Ita enim sicut in humanis videmus,
cum duæ personæ dissidentes , ad amicitia &
concordia redintegrationem , sunt reducen-
da.

Hoc munere Deum inter & homines fun-
genteum Christum, *mediatorem* appellamus, se-
cuti Apostolum . Tomo. 2. cuius locum expen-
dens Nyssenus orat, 1. (verius 2.) contra Eu-
nom. multas mediationes fabulantur, sic scri-
bit cap. 12. [Quidam hæc etiam multimoda
mediatio quam in Deo faciat, dicens mediato-
rem in decretis , mediatorum in legi? Non hæc
ab alta voce Apostoli sumus edocti , qui aut
quod legem mandatorum euacuans suis docu-
mencis, hic est, mediator Dei & hominum, cum
dixit, hoc ipsum Verbum , quod unus Deus est,
vnuus mediator Dei & hominum, Homo Christus Iesus. Totum nobis hic mysterij scopum,
mediatoris nomine complexus, reuelauit: hic
autem scopus est; Aduersarij malitia quandam
humanum genus à Deo deficerat : & peccato
seruerat, & à vera vita alienatum erat. Reuocat
postea suum signum, qui signum Dominus
est, & fit homo cum eo qui est Deus: & il-
lud totum cùm esset, & hoc totum factus est:
& sic quod humanum est, cum Deo tempera-
tum est, mediationem operante. Cui per afflu-
pitas a nobis primicias, tota virtute contemper-
ta est massa. Quidam igitur mediator vnuis
non est, Deus autem vnuis est, neque in personis
in fide traditis in partes distributus: Cuna enim
Deitas in Patre, Filio & Sp̄itu sancto: propterea
sic mediator semel Dominus , Dei & ho-
minum , copulans hominem per se meipsum
Deitati. Quin etiam notione per mediatorem
concepta, fidei pietatem didicimus: mediator

Theoph. Raynandi de Atrib. Christi.

enim Dei & hominum, quemadmodum huma-
nae nature communionem accepit, non puta-
tus homo , sed natus secundum veritatem, sic
etiam verus Deus est, non cognomento tanum
honoratus nudæ veritatis , vt vult Euno-
mius.]

*Mediatori Synonyma voces , apud
variss Patres.*

915 Quem mediatorem ex interprete vo-
cant Apoſtolus & Nyſſenus , paſſimque alij,
Tertullianus *ſequēſtrum* amat dicere , vt notauit
Pamelius ad lib. de Refut. car. cap. 51. vbi ita
de Chrifti Tertullianis. [Hic, ſequeler Dei
atque hominum appellatus, ex vtriusque partis
depoſito commiſſus ſibi; carnis quoque depoſi-
tum ſeruat in ſemetiſo araboñem ſummæ to-
tius. Quemadmodum enim nobis arraboñem
Sp̄itius reliquit; Ita & à nobis arraboñem car-
nis accepit , & vixi in cœlum pignus torius
ſummae illuc quandoque redigenda.] Bene ſe-
queſter Chriftus, ex commiſſo vtrinque depoſi-
to. Nam vt Modestinus Iuris-confutus definit
is est ſequeler , apud quem plores , rem de qua
controvertia eſt, deponunt. Sic dictus autore
Launio, quem citat Agellius lib. 20. cap. 1. quod
eiūs fidem , pars vtraque ſequatur, quannam eam
no actionem minus probet Alciatus , referente
Corraſio 5. mifcell. cap. 2. num. 3. Eodem ſenſu
cap. 63, ciuilem libri , idem Tertullianus ſic lo-
quitur. [Resurget igitur caro, & quidem omnis,
& quidem ipsa, & quidem integra. In depoſito
eſt vbiq; apud Deum , per fideliſſimum
ſequelum Dei & hominum. Iſum Chriftum,
qui & homini Deum, & hominem Deo redder,
carni ſpiritum, & ſpiritu carnem. Vtrumque
autem in ſemetiſo ſederauit.] Denique lib.
contra Pixeanum cap. 27. probat Chriftum alium
fuisse à Patre , quia Apoſtolus eum vocavit *ſe-
queſtrum Dei & hominum*. Locus eſt ex 1. Timo.
2. quem tamen iſipsum locum 1. de carne Chrifti
cap. 15. allegat eodem modo quo habetur in
editione vulgata, adhibita non ſequelis, ſed *me-
diatoris* appellatione , à qua proinde non pro-
fus abhorret, etiamque frequentius, quem eo lo-
co *Mediatorum* dixit, ſequelum vel *ſequēſtrum*
nominet. Viuit ea item voce Phœbadius lib.
contra Arianos verbi illis. [Scimus quod om-
nis illa paſſio , proprie carnis & animæ, id est
hominis fuit: in quo quidem homine cum pa-
teretur, et & filius Dei , cohærens illi per na-
turam à quo venerat Patri , & unitatis vincu-
lum ſeruans in terris ; hominem gestabat; nec
aberat à cœlis. Sic mediator dictus, ſic ſequeler
vtriusque ſubſtantia.] Omnino videtur ad Ter-
tullianum alludere.

916 Quem Tertullianus ſequelum , D.
Augustinus aliquando *conciliatorem*, alias *arbi-
trum*, frequentissime *Mediatorum* appellat. Re-
conciliatorem appellat cap. 33. Enchir. vbi
post alia de ira Dei , manente ſuper omnes non
credentes, ſubdit. [Non ait, venier, ſed manet ſu-
per eum. Cum hac quippe omnis homo naſci-
tur, propter quod dicit Apoſtolus: *Fuimus enim
& nos natura filii, ira, ſicut & ceteri.* In hac ira
cūm eſſent homines per originale peccatum,
& tanto grauius & pernicioſius, quanto maiora
vel plura insuper addiderunt, neceſſarius erat
mediator, hoc eſt reconciliator; qui hanc iram,

OOO ſacrificij

sacrificij singularis, (cuius erant vmbrae omnia sacrificia legis & Prophetarum) oblatione placaret : unde dicit Apostolus ; Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati nunc in sanguine eius, salvi erimus ab ira per ipsum. Cum autem Deus irasci dicitur, non eius significatur perturbatione qualis est in animo irascientis hominis : sed ex humanis motibus translati vocabulo, vindicta eius, qua non nisi iusta est, ira homini accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur Deo, & accipimus Spiritum sanctum, ut ex inimicis efficiamur filii ; (quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei) haec est gratia Dei per Iesum Christum. Dominum nostrum. De quo mediatore longum est, ut quanta dignum est, tanta dicantur, quamvis ab homine dignè dici non possint.]

Pulchritudo item conc. 2. in Ps. 90. cum proposuisset, Christum solum natum ex Virgine, caput Ecclesiae, mediatorem inter Deum & homines, addidit. [Ad hoc mediator est, ut eos qui recesserunt, per se reconciliet : medius enim non est nisi inter duos. Recessemus à Majestate Dei, & peccato nostro offendemus eum : missus est filius mediator, qui sanguine suo solueret peccata nostra, quibus separabamur à Deo, & interpositus redderet nos ei, & reconciliaret à quo auersi in peccatis nostris & delictis tenebamur.] Eadem habet Tract. 41. in Ioann. & cap. 108. Enchir. & in cap. 3. ad Galatas, nec semel alibi.

Concinnè cōcione 4. in Ps. 103. obseruat, à Iob, quē mediatorē passim dicamus, vocatum arbitrium. Refert enim, plerosque Iobum insinuasse impatientiam adversus Deum. [Nam inter multa etiam hoc dixit, velut stomachans aduersus Deum, sicut videbatur non intelligentibus. Ille autem gestabat personam magnam magnæ Propheticæ: Utinam (inquit, loquens ad Deum), utinam esset nobis arbiter. Quid est, utinam esset nobis arbiter ? Quasi qui inter nos iudicaret, & quo iudicaretur causa mea vinceret.] Hoc endans, & purgans Iobum, sic continentem subdit. [Sic accipitur ad primum sonum : sed discute te, ne labaris : attendit enim serpens ille semper calcaneum tuum. Quid visus est dixisse Iob ? Utinam esset nobis arbiter ; utinam esset medius aliquis, qui iudicaret inter me & te. Hoc Deo homo, hoc in fletore homo, vel in celo. Angelus Deo ; Utinam esset nobis arbiter ? Sed quid præuidebat ? quid optabat ? Multi, (inquit, Dominus) iusti & Propheta voluerunt videre quod videtur & non viderant. Arbitrum desiderabat. Quid est arbiter ? Medius ad compendiunam causam. Nonne inimici eramus Dei, & malam causam habebamus aduersus Deum ? Quis finiret causam istam malam, nisi ille medius arbiter ? Qui nisi veniret, misericordie perierat iter, de quo Apostolus dicit ; Vnde enim Deus, unus & mediator Dei & hominum Christus Iesus.] Vspauit cum quoque loquendi modum, & Christum mediatorem, vocavit arbiterum, creditus Ambrosius, verè Hilarius, Diac. ad Rom. 5. ad illud, per quem & accessum habemus ; Et ad Galatas 3. circa illud, mediator autem unius non est.

Mediatoris vox, vulgarissima, ad exprimendum munus Christi, Deum inter & homines sedera netur.

917 Nihil tamen apud D. Augustin. & aliis Patres frequentius, quam vt notio subiecta vocibus praedictis sequentri, & arbitrio effratur ab eis, voce mediatoris ; sive vt Theodore interpres Dialo. 2. & 3. veritatem intercessori. Non male abefet homonimia periculum, ita ut confundat quis intercessorem Dei Christum à vulnus illius vocis, & depreciatione interposita. In quo sensu, non sumimus hic intercessorem, sed pro interpositione, ac veluti intercessori, viuis qui inter duos intercedat, idest interuenient, & operam suam collocerat ad eos conciliandos. Eaque est vera notio mediatoris, conciliacionem Dei ac hominum spectans. Nec enim audiendus est Eusebius qui l. 1. contra Marcellum Antyr. c. 1. ex distorta interpretatione loci Apostolici ad Gal. 1. de lege ordinata per Angelos in manu mediatores, collegit, Verbum principium homo fieret, fusile mediatores inter Deum & Angelos. Hoc inquit repudandum est, cum Apostolus non cogitat de mediacione Mosis, inter homines & Deum, dataque ei per Angelos lege quam erat promulgatus. Ceteroqui quorum mediari Verbum inter Angelos & Deum, ubi nullum erat diffidendum? Aut quomodo Verbum, medium effet inter Deum & Angelos, cum ipsum Verbum, Deus esset ? Ex quo argumento non potest Eusebius se extirpare absque illo exercitando Arrogationem, quo ibidem admittit, Verbum esse Deum secundarium, Patremque inferiorum, mediatorum Deum & Angelos conditionis ; quam blasphemiam his chartis illinere, non absque reuera à Deo expeditio fuit. Non fuit porrò impio Eusebio, S. Hieronymus ad Galat. 1. cum mediationem admittit ante paradiso Incarnationem. Agit enim de mediatione inter Deum & homines, per Christum, iam rite presulatum, non autem de Verbi mediatione Deum inter & Angelos.

Propria ergo mediatoris notio, que Christo aptissimè quadrat, est per comparationem ad Deum cum hominibus reconciliandom. Fuit enim propterea compactus ex duplice natura, quarum altera ad unum duorum illorum differentium attinet. In quam rem fuisse & ergo dicitur Ferrandus Epist. 1. ad Anatolium. Biuus sed bene S. Chrysostomus hom. 7. in 1. ad Timoth. ubi sic habet. [Enimvero mediator, utrisque eis debet societate coniungi, quorum mediator est. Id quippe mediatores est proprium virtutumque partem fieri quorum fuerit mediator. Quid si unum quidem societate contingat, ab alio vero fuerit separatus, mediator iam dici non potest. Nisi igitur consors sit paternae nature, mediator profecto non est, quippe cum à Patris sit subsistens separatus. Quenamadmodum enim humanae naturae conformatum accipit, quando ad homines venit ; ita & à Dei substantia non abscessit, quoniam à Deo venit. Nam quia duorum naturarum medius fuit, ambarum oportuit esse partem. Quemadmodum enim loci eiuslibet medium, vitramque partem contingat necesse est ; ita & naturam

an barum

ambarum medium, oportuit utrasque naturas contingere, atque cornectere. Quemadmodum igitur homo factus est, ita etiam Deus erat. Homo quippe purus, mediator nunquam penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi mediatorem cum Deo colloqui. Deus item solus, mediator esse non posset; neque enim ipsum suscepissent hi, quorum mediator accederet.] Et ferm. 10. Tomi quinti Græcol. [Quo pacto nos, qui tantam clementiam offendieramus, teraque ipsa videbamur indigni, ac terreno omni participatu atque honore excideramus, ad tantam altitudinem sumus eucti? Quo pacto bellum dissolutum est? Quo pacto ira tubata? Quomodo? Nam istud admirabile est. Nam non in quibus irascetur Deus, sed ipso Deo qui iure nobis suscepserat, provocante nos atque inuitante, pax facta est. Pro Christo enim legatione fungimus, (inquit Apostolus,) tanquam Deo exhortante per nos. Quid istud? Ipse est violatus iurio, & ad pacem inuitat. Ita fanè: quippe quod Deus sit: atque ob id, vt humanus Pater horratur, & allicit. Sed vide quis intercesserit mediator; Ipse utique inuitans & adhortans filius, non homo purus, non Angelus, neque Archangelus neque famularum vllus. Et quid efficit mediator. Opus mediatoris. Quemadmodum enim duobus aliquis se inuicem auersantibus, & ad concordiam pacemque mutuam adduci nolentibus, tertius quispam veniens & se medium interponens, utriusque inimicitiam diluit; Ita & Christus egit. Iratus sicutdem nobis erat Deus, & nos Deum benignissimum Dominum auersabamur. Medius igitur se Christus interponens, utramque naturam conciliauit. Sed quo pacto se mediatorem constituit? Pœnam quæ nobis à Patre infligenda erat, ipsem in se suscepit, contumeliasque ac opprobria quibus afficeratur, proper nos ipse sustinuit.]

Et ferm. 9. de Afcens. [Vide quis intercesserit mediator. Ipse utique inuitans & adhortans Filius, non homo putus, non Angelus, neque familiarium vllus. Et quid efficit mediator? Opus Medicatoris. Quemadmodum enim duodus aliquibus se inuicem auersantibus, & ad concordiam pacemque mutuam adduci nolentibus, tertius quispam veniens, & se medium interponens, utriusque inimicitiam diluit; Ita & Christus egit. Iratus sicutdem nobis erat Deus, & nos Deum benignissimum Dominum auersabamur. Medium igitur se Christus interponens, utramque naturam conciliauit. Sed quo pacto se mediatorem constituit? Pœnam quæ nobis à Patre infligenda erat, ipsem in se suscepit, contumeliasque ac opprobria quibus afficeratur, proper nobis ipse sustinuit. Vis nosse, quomodo utramque ipse suscepit? Christus (inquit Apostolus) nos redemit de maledicto legi, scilicet pro nobis maledictum. Vides quo pacto, pœnam cœlitus latam ipsi suscepit? Vide etiam quomodo opprobria in terris sustinuerit. Opprobria exprorbitantia (inquit) tibi occiderunt super me. Cernis quo pacto diremerit inimicitiam? Quo pacto non ante distit quidvis agere, pati, atque moliri, quam hostem & inimicum, cum Deo resduxit in gratiam?

918 Eodem planè modo ratiocinantur S. Irenæus lib. 3. cap. 20. & Theodoretus Dialo. 2. qui obiter quoque ex Apollinare idem arguit attingit Dialo. 3. sub fine, & pulchre.

Theoph. Raynaldi de Attrib. Christi.

Nouatianus lib. de Trinit. cap. 18. hinc probans, Christum debere admitti Deum simul & hominem. [Quoniam si ad hominem veniebat, ut mediator Dei & hominum esse deberet, oportuit illum cum eo esse, & Verbum carnem fieri, ut in semetipsa concordiam confibularet terrenorum pariter atque celestium, dum utriusque pars in se connectens pignora, & Deum homini, & hominem Deo copularet; ut merito filius Dei per assumptionem carnis filius hominis; & filius hominis per receptionem Dei verbi, filius effici possit. Hoc altissimum atque reconditum Sacramentum, ad salutem generis humani ante secula destinatum, in Domino Iesu Christo Deo & homine inuenientur impleri, quo conditio generis humani ad fructum æternæ salutis posset adduci.]

Nec tantum ex duplice natura duobus extremitus dissidentibus consentiente, compactus est Christus Dominus sed etiam ita ut in sua unitate composita, duplē unitatem utriusque extremi amularetur. Quod pulcherrime in hunc modum exponit S. Bernardus S. de Consid. cap. 9. [Dico in Christo, Verbum, animam, & carnem, sine confusione essentiarum unam esse personam, & item absque præiudicio personalis unitatis in sua numerositate manere. Nec negauerim hanc ad illud quod genus unitatis pertinet, qua anima & caro unus est homo. Decuit quippe familiarius similisque cuius hominis conuenientia constitutione, quod pro homine constitutum est Sacramentum. Decuit & cum summa quæ in Deo est, & Deus est, unitate coniugare, ut quomodo ibi tres persona una essentia, ita hic conuenientissima quadam contrarietate, tres essentia sunt una persona. Videlicet pulchritudo inter utramque unitatem hanc collocari, in eo utique, qui constitutus est mediator Dei hominisque homo Christus Iesus: Polchertrima, inquam, conuenientia, ut salutare Sacramentum congrua quadam similitudine ambobus respondeat, & saluanti videlicet & Saluato. Ita haec unitas durum consitens media unitatum, alteri succumbere, alteri præminere cognoscitur, quantum superiori inferior, tantum inferiore superior.]

Hac ergo est notio germana *mediatoris*, secundum quam Christus quia per unionem suæ persona cum uno naturæ nostra individuo, fecit nos suum corpus; animauit nos suo Spiritu, & vnum cum Patre fecit, iuxta egregiam Nysseni ratiocinationem, Orat. de Filii subiectione. [Vita est Christus, (inquit,) per quam conuenient ei quod dicit Apostolus. Vniuerso eius corpori aditus fit ad Patrem, quando tradiderit regnum Deo nostro, & Patri. Corpus autem eius, (sicut sapè dictum est,) omnis est humana natura, cui est admittus. Propter hunc ipsum autem sensum, nominatus Dominus à Paulo, *mediator Dei & hominum*. Nam qui est in Patre, & versatus est inter homines, in hoc impletum est intercessionem quod omnes sibi vniuerit, & per seipsum Patri, sicut dicit Dominus in Euangeliō, ad Patrem verba faciens, *Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi vnum sint in nobis*. Per hoc enim aperte ostendit, quod nobis sibi vniuersit, qui est in Patre, per te efficit nostram cum Patre coniunctionem. Sed & quæ deinceps sequuntur in Euangeliō, conuenient cum iis quæ dicta sunt; nempe, *Gloriam quam*

O O O dediſſ

dediſt mihi, dedi eis. Sua[n] enim vt puto; h[ic] dicit gloria[n], Spiritum sanctum, quem de-dit Discipulis per insufflationem. Neque enim posſunt aliter vni[ti] qui sunt a se inuicem diſuncti, niſi vnitate Spiritus simul in vnam coniungantur naturam. Si quis enim Spiritus Christi non habet, is non est eius. Spiritus autem est gloria, vt ali[us] dicit Patri; Glorifica me gloria quam habui apud te ab initio, antequam mundus esset. Deus enim Verbum, qui ante mundum gloriam Patris habebat, postquam in ultimiis diebus caro factus est, oportebat autem carnem quoque, per contemporationem cum Verbo, illius effici quod est Verbum; fit autem accipiendo, id quod ante mundum habuit, Verbum. Id autem era Spiritus sanctus: neque enim aliud est ante secula, praeter Patrem & Filium & Spiritum sanctum: propterea hic quoque dicit, gloria[m] quam dediſt mihi, dedi eis, vt per ipsam mihi essent vni[ti], & per me tibi.]

Vides quam dixi, notionem mediatoris.

*Imperf[ecta] mediatoris notio, ex La-
ctantio.*

919 Minus autem appositi ad Apostoli & Patrum ceterorum mentem quoties de mediatore agunt, Lactantius 4. Instit. c. 25. notionem mediatoris sic explicat. [Fuit igitur Christus, & Deus & homo, inter Deum arque hominem medius constitutus. Vnde illum Graci. M[ar]t[ir] vocant, vt hominem producere ad Deum posset, id est ad immortalitatem: quia si Deus tantum fuisset (vt supra dictum est,) exempla virutis homini præbere non posset: si homotantum, non posset homines ad iustitiam cogere, nisi autoritas, ac virtus homine maior accederet. Etenim cum constet homo ex carne & spiritu, & oporteat Spiritum iustitiae operibus emereri, vt fiat aeternus: caro, quoniam terrena, ideoque mortalis, copulatum sibi spiritum trahit secum, & ab immortalitate ducit ad mortem. Ergo spiritus carnis expers, dux esse homini ad immortalitatem nullo pacto poterat, quoniam caro impedit spiritum, quo minus Deus sequatur. Est enim fragilis & subiecta peccato: Peccatum autem pabulum mortis est. Itaque idcirco mediator aduenit, id est Deus in carne, vt caro eum sequi posset, & eriperet mortali hominem, cuius est dominatio in carnem. Ideo carne se induit, vt desiderii carnis edomitis, diceret, non necessitatis esse peccare, sed propensi & voluntatis.]

Hæc etiam si verè dicaret, (quod cum S. Augustinus l. de natura & gratia c. 61, extrema hæc Lactantij verba superesse autore pro se citasset, Pelagius non admittit:) nego tamen quadra-re Apostolo, & ceteris Patribus confitentem. Venit quidem Christus mediator inter nos ac Deum structus, seu portius ex substantia vtrorumque illorum extemorum compaginatus; & sic compactus exempla illa quæ Lactantius memorat, præstulit hominibus. Primaria tamen ratio ob quam Christus venit sic medius, & sola ob quam denominatur mediator, non est ea quam Lactantius proculis, nempe prælucen-di hominibus exemplo; sed ea quæ ex Dei & hominum reconciliacione ducitur. Ad cum namque effectum primarij spectabat Christi aduentus; & ex eo solo effectu, dictus est media-

tor; quatenus ita per humanitatem Verbo coniunctam eliciebat opera Deum placantia & conciliantia nobiscum salva iustitia, (quippe ex æquo & sarto per ea opera iure Dei,) vel nihil desideratum sit, ad plenam amicitudinem inter ac homines redintegrationem.

Quæ partes extremorum (christum com-pingentium, in obeunda meditatio-ne, pro nobis).

920 Vides quas partes in exercendo me-diatoris munere, tributandas velim, cuiuslibet Christi naturæ. Humanitati enim tribus actiones satisfacientes diuino iuri, Deumque placentes, quæ cum essent demissionalis & abiectionis opera, non potuerint in Deum cadere, si in sola Deitate perficiuntur. Deitatem autem ac persona Verbi, tribuo actuum illorum eminentissimum honestationem, & subeunctionem ad excusandam offensam. Ut propinde necessarius sit utriusque natura concursus ad hoc minus mediatoris, quod egregie docuit D. Augustinus verbis illis l. 10. conf. cap. 42. [Mediator inter Deum & homines, vt oportebat vt haberet aliquid simile Deo, aliquid simile hominibus, ne in utroque Deo similis, longe esset ab hominibus, atque ita mediator non esset.]

Idipsum voluit idem D. Aug. cum aliquo dixit, Christum fuisse mediatorum, non prostet aequalis Patri, sed secundum quod homo. Ita enim habet in c. 3, ad Galatas verbis illis [Mediatorem Iesum Christum secundum hominem dici, ex illa ciuidem Apostoli sententia fit planius, cum ait, *Vnus est enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesu.* Mediator ergo, inter Deum & Deum esse non potest, quia unus est Deus, mediator autem vi-nus non est, quia inter aliquos medius est. Angeli porro, qui non lapsi sunt a complicitate Dei, mediatore non opus habent, per quem reconciliantur. Item Angeli qui nullo suadente, sponte prævaricatione sic lapsi sunt, per mediato-rem non reconciliantur. Rebat ergo, vt qui mediatore superbo diabolo, superbia persuaden-te deiecius est, mediatore humili Christo humiliatorem persuadere, exigitur. Nam si filius Dei in naturali & qualitate Patris manere vellit, nec se exinaniret, formans serui accipiens, non esset mediator Dei & hominum. Quia ipsa Trinitas unus Deus est, eandem in tribus, Patre & Filio & Spiritu sancto, Deitatis aeternitate & aquilitate constanter. Sic itaque unicus filius Dei, mediator Dei & hominum factus est, cum Verbum Dei, Deus apud Deum, & maiestatem suam usque ad humana depositum, & humili-tem humanam usque ad diuinam subiexit, vt mediator esset inter Deum & homines, homo per Deum ultra homines. Ipse enim est speciosus forma pro filio hominum, & vnde oleo exultationis pro participibus suis. Sanati sunt ergo ab impietate superbie, vt reconciliarentur Deo, quicunque homines humiliatorem Christi, & per reuelationem antequam fieret, & post Euangelium posteaquam facta est, credendo dilexerunt, diligendo imitati sunt.] En mediator Christus, secundum hominem. Et pulchrit. l. 1. de peccato orig. cap. 28. [In Adam impenitentiis mortem, per hoc prodidit Christus quod

est mediator ad vitam. Non autem per hoc mediator est, quod æqualis est Patri; per hoc enim, quantum Pater, tantum & ipse dicitur à nobis. Et quomodo erit medietas, vbi eadem ipsa dstantia est? Ideo Apostolus non ait: *Vnus mediator Dei & hominum, Christus Iesus: sed, homo Christus Iesus.* Per hoc ergo mediator, per quod homo inferior Patre, per quod nobis propinquior; superior nobis, per quod Patri propinquior. Quod apertius ita dicitur; Inferior Patre quia in forma serui: superior nobis, quia sine labore peccati.]

Denique lib. 10. Confess. c. 43. [Verax mediator, quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus, & misisti ut eius exemplo etiam ipsam disserent humilitatem; mediator ille Dei & hominum homo Christus Iesus, inter morales peccatores, & immortalem iustum apparuit, mortalis cum hominibus, iustus cum Deo, ut quoniam stipendum iustitia, vita & pax est, per iustitiam coniunctam Deo, evacuerat mortem iustificatorum impiorum, quam cum illis voluit habere communem. Hic demonstratus est antiquis sanctis, ut ita ipse per fidem futuræ passionis eius, sicut nos per fidem præterita salvi fierent. In quantum enim homo, in tantum mediator; in quantum autem Verbum, non medijs, quia æqualis Deus, & Deus apud Deum, & simul cum Spíitu sancto unus Deus.]

921 His alisque locis, quibus Christum esse mediatorem secundum hominem, vel per quod homo, affirmat D. Augustinus, non est confundis, voluisse excludere necessitatem diuinitatis ad exercendum munus mediatoris; (sic enim purus homo potuisse mediatorem agere, quod D. Augustinus sapienter diffidetur, & omnino verè, ut monstratum est.) Affirmat ergo Christum esse mediatorem, secundum quod homo, ut significet Christum non esse spectandum in in sola forma Dei, in qua per aternitatem præexistit: sed iungendam esse Deitatem, & personæ Verbi eam terminanti, humanitatem: quæ duo coniuntantur in Christo, cum homo dicitur. Nam forma tortus illi nomini subiecta, est *humanitas*. Suppositum vero, seu persona cui diuinitas identificatur, concretione eiusdem vocis exprimitur. *Homo* quippe in Christo, cum sit nomen suppositi, præter humanitatem quam aperte enunciata, importat quoque diuinam personam, & Deitatem, ut Vigilius lib. 4. contra Eutych. sub initium, benè ratio cinatur. Aperit per bell' intentem hanc suam, idem D. Augustinus lib. de ouibus cap. 12. tractans illud. *Ego Dominus ero illius in Deum, & servus meus David, Princeps in medio eorum;* quem locum accommodat Christo, & sic expedit. [Quare in medio eorum? Quia verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Princeps in medio eorum: inde & mediator Dei & hominum, quia Deus cum Patre, quia homo cum hominibus. Non mediator homo præter Deitatem, non mediator Deus præter humanitatem. Ecce mediator. Diuinitas sine humanitate, non est mediatrix; humanitas sine diuinitate, non est mediatrix; sed inter diuinitatem solam, & humanitatem solam, mediatrix est humana diuinitas, & diuina humanitas Christi.] Ideo, conflatum ex ambabus illis naturis; siue homo qui in Christo simul est Deus; iuxta illud Fulgentij lib. ad Donatum cap. 16. [Qui sic dicit Christum hominem, ut Deum ne-

get, non est Christianus Catholicus, sed Photianus Haereticus. Christus enim quemadmodum secundum veram diuinitatem Deus creator est hominum, ita secundum veram carnem, mediator est Dei & hominum. Mediator enim nullatenus esset, si vel cum Patre diuinitatis naturam, vel cum hominibus communem carnis & animæ substanciali non haberet. In eo autem verus mediator est hominum homo Christus Iesus in quo & de Patre formam Dei (per quem salutaret) naturaliter habuit; & ex Virgine formam, serui, (quam in nobis saluaret, accipit. Nunquam autem homo à Deo gratiam salutis accepiteret, si in una persona Christi, diuinæ humanæque naturæ communio non maneret.]

Subscribunt Latinorum ac Græcorum Patrum proceres, quos longis agminibus edicit seorsim Eusebius Opusc. de Mediatore cap. 2. & 3. Addo Giselbertum cap. 19. Altercationis. [Constitue duos simul, summum & imum Trinitatem & hominem. Itaque inter illam Trinitatem & hominem, infinitatem & iniquitatem, mediator factus est, homo non iniquus, tamen infirmus; ut ex eo quod non iniquus, iungatur te Deo: Ex eo quod infirmus, propinquaret tibi, atque ita inter Deum & hominem, filius Dei mediator existeret. Oportuit autem mediatorem inter nos & Deum, & mortalitatem habere transuentem, & beatitudinem permanentem, ut id quod transit, congrueret morituris; id quod permanet, transferret ex mortuis. Media igitur iustitia temporali opus erat, quæ nesciat temporis effet de imis, iusta de summis; & contemperans se imis, ima rediret summis, Deus & homo reconcilians hominem Deo, manens quod erat, factus quod non erat.]

Pugnantes Sectariorum errore, circa mediationis principium.

922 Deprehendere verò hinc licet, stuporem Sectariorum superioris seculi, quorum aliqui à Francisco Stancaro Mantuano erroris auctore, dicti *Stancariani*, negarunt, diuinitatem aut Verbi personam quicquam contulisse ad obeendum munus mediatoris, id totum tribuentes soli humanitati, nisi quod fatentur eam fuisse à Verbo fultam & roboratum, ne immenso dolorum pondere inter satisfaciendum optimeretur; quod satisfactioni, & exercitio munieris mediatoris, est planè extrinsecum ac per accidentem. Alij verò ex Sectariis, Lutherani nimis, & Tigurini, ac Caluinistæ, ac disertè Ioannes Langius ad Expositionem fidei S. Iustini pag. 16. contendunt, Christum ratione vtriusque naturæ, tanquam formalis principij operum satisfactionum, exercuisse munus mediatoris, ita ut diuina persona non tantum interueniat honestando, & infinitum premium impertiendo illis operibus per humanitatem ipsi coniunctam elicet; sed etiam elicendo eas per modum formalis principij: aliquas quidem simul cum humanitate, ut perfectionem & mortem, quas totam efficacitatem à Verbo habuisse dicunt; prodiisse tamen & à Verbo simul & ab humanitate, alias autem à sola Deitate, ut offerre sacrificium humanitatis tanquam victimæ, Deo in satisfactionem oblatæ, per diuinam

O O O 3 Verbi

Verbi naturam. Hos *Antistancarianos* dictus prodit Pratulus V. *Stancariani*.

Sed vtrorumque error, deprehenditur ex di-
ctis. Si enim secreuerint qua Deo, que huma-
nitati, in obeyendo mediatoris munere sunt pro-
pria non adeò absurdè impiegissent; nec priores
in apertum Nestorianismum, posteriores verò
in Arianiismum, aut Eutichianismum deflexi-
sent. Hortum quippe errorum, Sectarios predi-
cantes reuincere, non est operosum. Si enim sola
humanitas ad satisfaciendum idonea fuit, vt ait
Stancarus; quorsum vniō eius cum diuino sup-
posito? Nam facile fuit Deo, altere inter patientem
robore humanitatem Christi, quam eam
suppositando. Quinetiam suppositatio praece-
sumpta, non plus contulit humanitati roboris
ad patientem, quam se fuisset suppositario crea-
ta quia suppositare, est mere terminare substanti-
aliter, non robore. Itaque humanitas Christi
non debuisset Verbo suppositanti vniō; siveque
Christus homo, esset persona creata, qui est er-
ror Nestorij, in quem miserè se induit Stanca-
rus.

At si operatio mediatoris, siue satisfactio, con-
uenit Christo ratione vtiusque naturæ, vt aie-
bant errores, secundo loco adducti; Ergo Deitas
in Christo supplicauit, satisfecit, sacrificauit,
qua sunt propria mediatoris actiones, maiori
à minore exhibende cultus enim & sacrificium,
& satisfactio, non exhibetur aequali, sed ei tan-
tum cui te submittas, siveque Deitas in Filio esset
inaequalis Deitati qua est in Patre, quod est Ari-
anius hypobrachium. Vel si Deitatem &
humanitatem in unam massam conflent cum Eu-
tychete, praterquam quod aquæ virgenter argumen-
to aduersis Arianos intorto, locum ad-
uersus illos habebit potens illa Vigilius, racio-
cinatio lib. 3. sub finem. [Libet etiam illud Apo-
stoli tractare sermonem, quo pro nobis Christum,
Mediatorum adserit factum. Quod offici-
um nisi ex veritate naturæ carnis, quam ex
nobis habuit, implete non potuit. Quoniam per
ipsam, inter Deum & homines medius apparuit.
Et quia, vt Apostolus ait, & rerum docet, media-
tor non est vnius. Habens autem Christus secundum
vos unam naturam, ostenditur unde sit
medius inter nos, & illam. Quia si, vt impie sa-
piris, vna est eius natura mediatoris, in eo quod
est unum & singulare salutis nostræ remedium,
frustrabitur Sacramentum. Unde enim medius
erit, si utramque non habuerit? Quia nisi talem
dederis inter Deum & homines, quia sit me-
dius, vt ex utroque utramque sit, id est, vt &
Deus sit propter diuinitatem naturam, humana
diuinis quemadmodum reconcilientur non
ostendis. Nam quia transgressione mandati, ini-
mici Dei extiteramus, & in contrarium animis
discordantibus vergebamus, à superenis declinantes,
& ad ima tendentes, necesse fuerat in-
teruentu miserationis diuinae, solitus inimicitiis,
contraria in unum rrouocari, & supernis ima-
restitu, quod non aliter fieri potuit, nisi talis
mediator existeret, qui de ecclesiis veniens,
conuiretur terrenis, retinens in se id quod non
era. Qui vnu fieret in utroque, & ita per utriusque
naturæ communionem, in una eademque
persona, & humana diuinis, & diuina sociaret
humanis prius utrumque, sine utriusque aboli-
tione, vniens in scipio. Dein omnes fideles Pa-
tri reconcilians Deo. Et quia reconciliationis

sacramentum, immaculatum fatigabat facili-
cium, talis hostia requirenda fuerat, que ita me-
dia effet inter Deum & homines, vt & morti
succumberet per illud quod hominis habebat,
& mortem reuinceret per id quod in se diuini-
tatis tenebat.] Nihil potest huic argumento, ab
Aduersariis, accommodate responderi,

923 Non est autem opere pretium, genas
horum Sectariorum ad huiusmodi errores stabili-
liendos, hic ventilare Legis fusse in eos agen-
tem, & argumenta eorum conterentem, validissimum
hæreticorum malum Bellarminum l.
s. de Christo à cap. 2. ad 8., quæ mihi expediu-
sufficienter videntur vno illo. D. Leonis pro-
nunciato, quod habet Epist. 10. cap. 4. vt liquet
ex Vigilio lib. 4. Contra Eutychem, tam male
vexauit Eutychianos. [Inuicem sunt, & humili-
tatis hominis, & altitude Deitatis. Sic ut enim
Deus non mutatur miseratione, ita homo non
consumitur dignitate. Agit enim utraque summa
cum alterius communione, quod proprium est;
Verbo scilicet operante, quod Verbi est, & cathe-
cne exequente, quod carnis est. Vnum horum
coruscans miraculū, aliud succumbit iniuria. Et
sicut Verbum ab æqualitate patet gloria
non recessit, ita caro naturam nostri generis
non reliquit.]

Hæc vna lententia recte expensa, monstra-
necepsarium vtiusque Christi naturæ intercon-
tum, ad munus mediatoris; vnius quidem ad
exercendum quæ sunt infra Deum, nec cum eo
in Deitate sumpto coherent alterius verò, ad
sustollendas operationes illas, vt sint in hunc
pretium pacis nostra, & litrum humani generis,
ac placationis Dei offensio quod habere non
possunt, nisi à diuina persona, naturam formu-
liter satisfaciens terminante absq; confusione,
& cum omnimoda intermissione: falu tamen
verò inter eas nexus ac substantiali vinculo in
humanitate recepto, & ad diuinum Verbi sup-
positum immediatè ad directè terminato: Qua-
ratione omnes difficultates hostium veritas
catholica, & vera Christi pro nobis mediato-
ris, euaneantur. Alios antiquiores Hæreticos,
ex ratione mediatoris, ad inæqualitatem Patri
& Filii blasphemè innescandam progressos, re-
fere & arguit S. Cyprianus lib. 1. de Trinitate, qui
quoniam censabant Verbum esse mediatorem,
explosi ex dictis manent.

Pius affectus erga Christum mediatorum,
deique eius contrapositione cum,
Satanæ mediatore.

924 Sed dimissis muscis hinc morientibus,
vnguentis suavitatem exterminantibus, illud potius
palato mentis gustandum & suauendum
admoneamus cum S. Bernardo l. de dignitate
amoris diuini cap. 11. & 12. quanta miseratione
& bonitatis immensitate, Verbum Dei ducendum
sit, vt nostrarum cum Deo inimicitarum, conci-
liator; & Deum inter ac nos, per humanam na-
turam assimilans, mediator esse dignarent;
quaque viam iniecerit ad nos eo seducendum.
Effe namque hanc sapientissimam bendit affectus
animabus considerationem, S. Bernardus sic
prosequitur. [In ancore omnium honorum
Christo, primum ei sapit sua ad Deum conver-
sio, deinde peccatorum remissio, postmodum pro

RATNAUT

Tomus I.
De Christo
et

Tomus II.
De Atribitu

Christi

XVII

pro ira cuius filij eramus, gratiarum multiplex argumentatio; & haec omnia non nisi per Dominum nostrum Iesum Christum. Ipse enim est mediator noster, & sapientia nostra, cuius quod stultum est, sapientius est hominibus. Nam cum talibus bonitas Dei abundaret, & offerretur omnibus, nec esset qui recipere, vel scire recipere, vel recipere doceret, nec qui illuc posset ascendere ubi bona haec distribuantur, vel qui huc posset deserere, opus erat mediatore inter nos & Deum, per quem nostra approximarentur Deo, & bona Dei nobis. Init ergo consilium tota Trinitas, consilium illud de quo Propheta dicit: *Consilium tuum antiquum, verum fuit.* Videbat quippe Dominus, quantum ad hominem omnia confusa, omnia turbata, nihil stare in loco suo, nihil procedere ordine suu: videbat hominem abusus in regionum diffimilitudinis, tam longe, ut per se, nec sciret nec posset redire. Angelus enim presumperat similitudinem Dei, dicens: *Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo.* Homo similiter Deus esse voluit, cui persuasum era esse sicut Dij. Ergone (inquit Deus Pater,) filius meus, splendor gloriae meae, & figura substantiae meae, in ipsa mei similitudine tot amulos habebit, & pares & socios: Præcipitatus est eterq; Videns imago Dei, Deus filius, Angelum & hominem qui facti erant ad ipsam, (id est imaginem Dei, non tantum quod ipsa, (id est, imago Dei,) per inordinatum imaginis & similitudinis eius appetitum perire: hec! (inquit,) solmisera caret inuidia, sed subuenientum est ei, cui subuenire non prohibet iustitia. Exhibeo me igitur bonum hominem, despectum & nouisimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, ut zelet & impletur in me humilitatem, per quam perueniat ad gloriam, ad quam præproperè fecerat, ut possit audire à me! *Dicite a me quia mitis sum & humilis corde, & innenietis requiem animabus vestris.* Accinxit ergo se quodammodo Dei filius, & agressus est per humilitatem recuperare eum qui recuperari poterat, qui per superbia perierat. Itaque inter Deum & hominem medium se faciens, qui recedens à Deo captus & ligatus à diabolo erat, hoc modo boni Mediatores & personam induit, & actuum factus est homo. [Pergi. c. 12. mellitissime exponere, Spiritus sancti dona, quorum vls fuit in huius mediatoris exercitio.

925 Sed quod in meta loci adducti, obiter tantum attigerit S Bernardus, antithesim ex una quidem parte Christi mediatoris, & viæ quam iniuit ad parandum nobis Dei amicitiam & famulatum nostrum; ex altera vero parte, Satanae mediatoris, & viæ qua præcipitauit nos in exitium & cladem nostram; quod inquam eam contrapositionem obiter duntaxat insinuarit S. Bernardus, egregie vero expresserit S. Augustinus 4. Trin. c. 2. iuvat eum audire. Egetat c. 10. de mediatore mortis, Satana, (Sic enim eum nominat;) deque falso proposita per eum purgatione animatum, & reconciliationem cum Deo, per eas quas *laetare*, appellabant Magi; Tum subdit cap. 12. [Nequaquam igitur per sacrilegas similitudines, & impias curiositates, & magicas consecrations, animæ purgantur & reconciliantur Deo; quia falsus mediator non trahit ad superiora, sed potius obdans interclusus oppugna

dit viam per affectus, quos tanto maligniores, quanto superiores sua societati inspirat: qui non possunt ad euolandum pennas nutritre virtutem, sed potius ad demergendum pondera exaggerare vitiorum, tanto grauius anima ruitura, quanto sibi videtur eucœda sublimius. Præinde sicut Magi fecerunt diuinum moniti, quos ad humilitatem Domini adorandam stella perduxit; ita & nos, non quia venimus, sed per aliam viam in patriam redire debemus, quam Rex humili docuit, & quam Rex superbis humili Regge aduersarius obsidere non possit. Et nobis enim ut adoremus humilem Christum, cœli enarrauerunt gloriam Dei, cum in omnem terram, exit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Via nobis fuit ad mortem, per peccatum in Adam, *Per unum quippe hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransit, in quo omnes peccaverunt.* Huius via mediator Diabolus fuit persuasor peccati, & præcipitator in mortem. Nam & ipse ad operandam duplam mortem nostram, simplam attulit suam. Per impietatem namque mortuus est in spiritu, carne utique mortuus non est: nobis autem & impietatem persuasit, & per hanc, ut in mortem carnis venire merecerimus, effecti. Vnum ergo appetiuimus iniqua lusione, alterum mox secutum est iusta damnatione. Propterea quippe scriptum est, *Deus mortem non fecit*, quia causa mortis ipsa non fuit: sed tamen per eum retributionem, infinitissime mors irrogata est peccatori. Sicut supplicium reo irrogat Iudex, causam tamen supplicij, non est iustitia indicis, sed meritum criminis. Quod ergo nos mediator mortis transmisit, & ipse non venit, id est, ad mortem carnis: sibi nobis Dominus Deus noster medicinam emendationis inseruit, quam ille non meruit, occulta & minus arcana ordinatione diuinæ altæque iustitiae. Ut ergo sicut per unum hominem mors: ita & per unum hominem fieret resurreccio mortuorum, quia magis vitabant homines quod evitare non poterant mortem carnis, quam mortem spiritus, id est, magis peccatum quam meritum penitentie. Nam non peccates, aut non curatus, aut parum curatur: non mori autem quamvis non obtineatur, vehementer satagit. Vitæ mediator, ostendens quam non sit mors timenda, quæ per humanam conditionem iam evadi non potest, sed potius impietas, quæ per fidem caueri potest, occurrit nobis ad finem quod venimus, sed non quia venimus. Nos enim ad mortem per peccatum venimus, ille per iustitiam: & id est cum sit mors nostra peccati, mors illius, facta est hostia pro peccato.] Et mox cap. 13. [Ille itaque deceptor qui fuit homini mediator ad mortem, falsoque se opponit ad vitam nomine purgationis per facia & sacrificia sacrilega, quibus superbi seducuntur, quia nec participationem mortis nostræ habere potuit, nec resurrectionem suæ, simplam quidem suam mortem, ad duplam nostram potuit afferre. Simplam vero resurrectionem, in qua & sacramentum esset renouationis nostra, & eius quæ in fine futura est exultationis exemplum, non utique potuit. Ille preinde qui spiritu viuus, carnem suam mortuam resuscitavit, versus vitæ mediator, illum spiritum mortuum & mortis mediatorum, à spiritibus in se credentium foras misit, ut non regnaret intrinsecus, sed forinsecus

PAYNAU

Tomus I.
De Christo
et
Tomus II.
De Atributis
Christi
XVII

oppugnaret, nec tamen expugnaret.] Differit luculententer in eandem sententiam 9. Ciuit. capite 15.

926 Ex his igitur liquet, de veri mediato-
ris Christi, & Satanæ falsi mediatoris, contra-
positione proposita; deque via & ratione
obeyundæ virtusque mediationis. Quid aptius
nunc exclamarim, quam repetitis iis Apostoli
verbis quæ S. Bernardus serm. 5. in Natali Do-
mini, ad sensum suum haec in re aperiendū adhi-
buit, sic auspicatus. [Benedictus Deus, & Pater
Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordia-
rum, & Deus totius consolationis, qui conso-
latur nos in omni tribulatione nostra. Benedic-
tus, qui propter nimiam charitatem suam qua
dilexit nos, filium suum dilectum, in quo ei be-
ne complacuit, misit, per quem reconciliati, pa-
cem habemus ad eum, & idem si nobis recon-
ciliationis huius & mediator & obes. Non est
quod vereamur fratres mei, sib tam pro media-
tore, non est quod de tam fido oblide dubite-
mus. Sed qualis mediator est inquit, qui in sta-
bulo nascitur: in praesepio ponitur, vannis in-
volutur, sicut cæteri plorat ut cæteri: denique
infans iacet, ut cæteri consuerunt? Magnus pla-
nè mediator est, etiam in his omnibus: quæ ad
pacem sunt, non perfunctoriæ, sed efficaciter
querentes.] Nimirum quia vt proximè dictum
est reverendum nobis erat ad pacem Dei, per
humilitatem, sicut ea excideramus per super-
bia. Tam strenuè igitur iam a unis, studium
humilitatis arripiens Christus, suscepimus
mediatoris munus auspicatus est ea humilitatis
prolusione, cui catastrophæ per confixi Dei des-
pectionem, & mortem, inaudito humilitatis
ostento, erat apponenda.

Vnicum verum mediatorum Christus; Alij ana-
logicæ ac typiæ tantum, ut Moses
et Aaron.

927 Satis de Christo, vero ac vno inter
Deum & humanum genus mediatorum. Vnicum
dico, quia munus proprium mediatoris, quale
expressimus, in solum Christum cadit, qui solus
structuram geminæ substantiæ ad mediandum
necessariæ, natus est, solusque fuit homo Deus.
Est quidem in Scripturis, & apud Patres, inter-
dumentio quorundam aliorum mediatorum;
sed qui non nisi per rudem analogiam & ali-
qualem cum Christo proportionem, nomen
& rationem mediatorum obtineant. Sic Moses
ab Apostolo ad Gal. 3. dictus est mediator, cum
legem dixit, ordinatum per Angelos in manu me-
diatoris, id est Moses. Nam quod Oecumenius,
mediatorem, Christum exponit; non videtur
quadrate contextui, cum lex non sit in manu
eius ordinata per Angelos; sed in manu Moses
qui mediator dicitur, quatenus per eum Deus
mandata sua atque iudicia populo Hebreorum
nota fecit; itemque sapè per eum placatus est,
& abundans ne sumeret vindictam ex eo popu-
lo a quo violatus fuerat, & prouocatus ad ira-
cundiam. Qua ratione Moses, recte dicitur suis
se umbra Christi mediatoris. Vnde Tertullianus
libro 2. in Marcio cap. 26. Stomachatur adver-
sus Marcionitas, quod Christus Moses diuinæ iræ
prohibitor posthabent; cum deberent agnoscere,
Christum in persona Moses figuratum pro-

peccatis deprecatorē, & oblātorem anime
sive pro populi salutē.

Idem habet S. Cyrius lib. 1. Gliphit. In Exo-
dum, qui torus in ea Moses & Christi mediato-
ris comparatione insimulatur. Brevis, sed ta-
men accuratè lib. 2. de adorat. *secundum* [Moses
ille] (inquit S. Cyrius,) vir sicut admittens à
carnali seruitute eripuit Israëlicum populum,
& à laboribus coquendorum latetum, operibus
etiam de terra exterrit, eximit, ac velut me-
dium quidam limes inter Denim & homines in-
terieetus, ad illos, cœlitus exauditis voces per-
ferebat. Dominus vero noster Iesus Christus
ea quæ in figura & umbris tradita fuerant, ad
veritatem immutans, à spirituali seruitute nos
extrahit, in eo quo, peccatum quod diu nobis
dominatum fuerat, expellit; Diabolique impe-
rium euerit, & sectatores sivos a terreno sensu
terumque carnalium studio refugere suadet;
et quodammodo ad studium virtutis, ap-
tissimumque nobis Dei ac Patri voluntatem
annunciat, idéoque dixit; *Verba que ego loqui
vobis, non sunt mea; sed eis qui misi me. Patrius
Itēmque: A me ipso non loquar, sed qui misi mi
Pater, in se mihi mandatum dedit, quid dicam &
quid loquar. Ac Moyses certè in his rebus ima-
ginem atque formam quandam le generis illius
Christi interventionis intellexit, cum dixit filii
Israël; *Prophetam ex fratribus tua existabit ibi
sicut me, Dominus Deus tuus sicut adiutor pri
omnia quæcumque expertus a Domino Dicte
in Horeb, in die concionis. Igitur quæcumque per
Moysen agebantur, illaque vis intentionis
eius figura quædam erat & imago; At Christi
interventionis forma, excellenter est. Ille min-
legis & umbra minister fuit & accepte dimi-
tis institutionis interpres: Christus autem, ut
legis ac Prophetarum Dominus quæ sibi viden-
tur, decernit. Ac mediator quidem fuit, cum in
eo concurreret, atque in vno quodammodo
conueniret, tum diuinus, tum humana natura; his
enim ambas simili iunctas intelligimus Chri-
stum. Et Moyses quidem, ut sensus in totam
eius domum fidelis; Christus autem ut filius in
domo sua, cuius domus nos sumus, qui per se-
dem quam in illum habemus, ad veram adducti
sumus libertatem. Constat igitur mediatorum
carnalis libertatis, literæque umbras, sive Mo-
sem illum, Sacratum rerum interpretem: Domi-
num vero nostrum Iesum Christum, eum
rerum autorem quæ sunt supra legem; ac pio-
ritus libertatem, libertate illa carni multe pati-
tibus præstantiorem esse laetum. Illustrissime
omnino idem prosequitur lib. 11. in Ioan. cap.
19. & lib. 3. cap. 9. ac plenè Dialogo 1. de Trinit-
tibi præterea ad hanc imaginem mediationis
Christi in Moysi perspicientium considerat Mo-
sem educateent populum abitum vestimenta
nitentem, in occursum Dei ad pedem montis.
[Res autem hæc, tupsus erat mediationis Christi.
Dicit enim manifeste; *Natus venit ad Patrem,
nisi per me. Accedimus enim non alter ad Deum
ac Patrem, quam per Christum, dum omnem
veterem aboleamus cicatricem, & omne inqui-
namenti genus eluinimus; induimus vero quo-
dammodo mentem in puritate, quæ est in Chri-
sto; Induimus enim Dominum Iesum Christum,
diuinus nobis ait sermo: sic sicut spirituales
puritatis viæ, vestimentorum ablatio figura-
bat.] Proficit***

Profert multa , quibus minus mediationis
Mosis, virumque respondens mediationi Christi,
exponat ; additique etiam, Aaronem mediatoris Christi typum fuisse, cum in tempore ira-
cundie factus est reconciliatio per deprecatio-
nem & incensum , medius stans inter viuentes
& mortuos, & iram sistens : In quam rem audi
S. Augustinum serm. 98. de tempore. [Si intel-
lexisti historię ordinem, & oculis, (vt ita dicam,)
cernere potuisti stantem Pontificem , medium
inter viuos & mortuos , ascende nunc ad verbi
huius celstiora fastigia, & vide quomodo verus
Pontifex Iesus Christus , assumptio thuribulo
carnis humanae, & superposito igne altaris , ani-
ma sine dubio illa magnifica , cum qua natura
est in carne , adiecto etiam incenso qui est spi-
ritus immaculatus , medius inter viuos & mor-
tuos stetit , & mortem non permisit ultra gra-
tias sed sicut Apostolus dixit , *destruxit eum qui
habeat mortis imperium* , id est Diabolus , vt
qui in ipsum Pontificem Christum credit , iam
non morietur , sed vivat in eternum. Hoc si sit
ergo mysterium , quod futurum , iam tunc An-
gelus illi qui populum vastabat , expauit. Agnos-
cebat enim figuram thuribulo , & ignis , & in-
censi , & qualis offrenda esset Deo hostia , ab
eo qui medius mortuorum viuorumque consti-
tuendus erat , praevidebat : & illos tunc imago
präfigurata saluauit , ad nos autem , salutis ve-
tetas ipsa pervenit. Neque enim indumenta
Pontificis purpura ac lana byssique contexta
erubuerunt Angelus illi vestigator : sed ista que
futura erant indumenta Domini & Salvatoris
nostrae , singularis & magni Pontificis , intellexit
& his cessit.]

*Prophetæ, Apostoli, & Baptista, quatenus
mediatores.*

928 Apostolus mediatorum nomine insi-
gnit S. Bernardus serm. 1. de SS. Petro & Paulo.
[Hi (inquit) traditi sunt in magistros, & in me-
diatores quibus securè me committere possim ,
quia & notas mihi fecerunt vias vitae , & me-
diantebus illis ad illum mediatorum ascendere
potero , qui venit pacificare per sanguinem suum
& que in celis & que in terris sunt. Ille enim
in virtute natura parissimus est , qui peccatum
non fecit , nec iniurias est dolus in ore eius.
Quomodo ad illum accedere audebo , qui sum
supra modum peccans peccator : qui peccavi
supra numerum arenæ maris , cum ille purior,
ego impior esse non possim ? Verendum ne
incidam in manus Dei viuentis , si illi appro-
pinquare vel in hancet præsumperem , quem à me
tanta diffentia diuidit , quantum distat inter
bonum & malum ; Propterea dedit mihi Deus
homines istos .]

Eadem ratione , Prophetæ, mediatores sapè
cunt dicti & nominatim Ioannes Baptista , à D. Chrysostomo orat. de eius conceptu , (habetur Tomo 6. Græcol.) dicitur mediator Dei & hominum. A S. Damasceno orat. de Transfigur. vocatur mediator utriusque Testamenti. In ora-
tione ad Deum quæ extat , inter Græcanicas à
Butone Latinæ factas , inter mediatores salutis
qui ibi interponuntur , numerantur Prophetæ;
& inter hos ipsum sigillum Prophetatum , ma-
gnum veritatis spectator , & præco , Baptista;
que Ioannes . Poruitque multo magis is

Theoph. Raynaldi de Attrib. Christi.

tulus , in eum quippe Prophetam & plus
quam Prophetam , cadere. Quo enim sanctior
fuit eo aptior fui ad mediandum.

*Specialis ratio mediatorum dicendi
Baptistam.*

929 Quanquam præterea speciali quadam
ratione in alios nullos sanctos cadentes , S. Ioannes
Mediator , & media , à quibusdam Patribus
dictus est. [Ioannes , mediator ante mediato-
rem ,] (inquit Naz. orat. 21. & 32.) Senus est;
Ioannem fuisse inter duo Testamenta medium ,
vt idem Theologus loquitur orat. 20. num. 102.
[Noui & veteris Testamenti idoneus mediator.]
dicitur ab Augustino serm. 10. de sanctis. [Totius
medium Trinitatis.] Vocatur à Petro. Damiani
serm. 23. qui est 1. de S. Ioanne , tractando octauum
eius honorem , quem fuisse ait , quod pri-
mo per eum , & in eius baptismo , innuit orbis
Trinitas. Non prius autem manifestari aperi-
debat tam arcanum sublimisque mysterium ,
quoniam plenitudo temporis aduenisset , & lex no-
stra legi antiquæ substitueretur ; vt perinde pro-
fectè sit Baptista esse medium totius Trinitatis ,
in Christi baptismo per Ioannem adminis-
trato proditus ; ac Baptista esse medium inter
duo Testamenta , vel vt habet Petrus Chrysostomus
serm. 91. fuisse [legis & gratiae fibulam ,]
aut iuxta Guerricam , fuisse [limitem medium
temporâ legis & gratiae determinantem.] Eo-
dénique respexerunt , qui Ioannem contulerunt
cum Lucifero , seu Phosphoro , quæ stella est So-
li prævia , noctem inter & adulam diem media ,
sub auroram enim exurgit. Compellant ea ra-
tione Baptista , Anastasius lib. 4. in Hexaëm
& latè S. Bern. serm. 3. de verbis Esaiæ In quo
eius rei symbolum , Amalarius & alij apud Ba-
ronium in Röm. Martyrol. 24. Ianij , scribunt
olim in Ecclesia , à tribus sacris quæ celebabantur ,
vnum eo temporis puncto quo Lucifer ap-
paret , & aurora cubile resum paret , fuisse ce-
lebratum. Eodem pertinuisse quod Baptista di-
ctus est. [vox Christi verbi.] monstrant illa Epiphanius
hac 69. [Vox est preparativa auditus
hominum. Primum enim inarticulatam vocem
sonantem reddente solent clamantes , è longin-
quo vocantes eos qui ab ipsis aliquid audire
debent. Et ubi illi vocem solam audierint , &
mentem ad audiendum converterint , auresque
præparauerint , tunc is qui sonantem vocem
emisit ; de cetero distinguit sermonem quem
dicere voluit. Sic etiam Ioannes vox fuit , aures
hominum præparans. Non enim erat ipse Ver-
bum , sed post ipsum venit Verbum ; propter
quod præparativa vox fuit , sive facta est. Et pro-
prece dicit ; Vox clamantis in deserto , prepara-
vias Domini. Vox enim præparat Dominus au-
tem ingreditur vias præparatas. Et vox loquitur
vt præbeant audiētiam. Vbi vero auditus otium
egerit , tunc sermo in aures suscipientium mit-
titur.] Igitur esse vocem Verbi , est esse me-
dium , & mediatores verbi , & hominum .

*Inde illata eius sanctitas , præ anterioribus
quisbus suis ,*

930 Non videtur potuisse altius sustollari
sanctitas Baptista , quam ea inter duos limites

P P p consti

RAYNAUT

Tomus I.
De Christo
et
Tomus II.
De Atributis
Christi

490

Sectio V. Cap. V.

constitutione: nam ad eum modum, & sanctior omnibus anterioribus in quacumque lege vix erint, & omnibus in lege noua subsequentibus, secundum Christum & Deiparam, aequalis saltem esse debuit. Quod vt dispiat, statuendum est cum S. Ambrofio epistola 12. qua relatiō Symmachi respondet, non aliter ferē se habuisse Ecclesiam, quam messem, quae à radibus initii præchit ad aetatem maturitatem: vel quia fuerat Tertulliani comparatio, non aliter se habuisse Ecclesiam, quam fructus qui primū acerbū eradiuntur pedetentim in manitudinē saporis; Vel quād lignum humens & viride, quod sensim apitatur ad ignitionem. Leges igitur anteriores; ex inquit quād natura dicitur, & cuius Moses fuit promulgator, ita se habuerunt ad nouam, vt prima admodum imperfecta fuerit; perfectior secunda, sed omnium perfectissima, lex gratia, quād verē fuit ignea lex, nec nisi sensim ficeato subiecto, & humore depulso, concipi ignis potuit. Extrema verē dispositio & subiecti præparatio, fuit Ioannis: proindeque omnibus qui antececerunt perfectior merito suppedituit.

Et multam quidem gloriam fecit Deus magnificientia sua ascensio, ait Ecclesiasticus cap. 44. agens de priscis Patribus: Fuit in lege natura Enos, qui eccepit in ectum congregare homines ad cultum Dei publicum, & invocare nomen Domini per vim Deo gratam. Fuit Noe vir planè sanctissimus, quod S. Cyrius fuse prosequitur lib. 2. Glaphyrorum in Genes. ac Chrysostomus hom. 23. in Genes. regredi ex Scriptura eruit; de ea (vt vocat) hom. 34. in 1. Corinth, generis humani scintilla, fuse differens; nec aliter Theodoreus serm. 5. de Prouid, nominans eum somitem ac scintillam humani generis, secundum hominum conditorem. Fuit in eadem natura lege Abrahami, credentium pater, cuius elogis scatent Scriptura, ut Patres filiam; præsertim Chrysostomum integra de eo oratione t. 1. Græcol. S. Ephrem oratione de eo, Ambrosium dupli libro de Abraham, Basilium Seleuciam orat. 7. Philonem l. de Abraham. Fuit Isaac, Jacob, & Joseph, quos vberimè à S. Ambrofio plenis tractationibus collaudatos, à me sili si p̄fstat. Fuit Iob, qui vniuersam Diaboli potentiam concidit, & phartram exauit, iuxta Isidorum Pelusiotam lib. 3. epist. 106. & 11. Iam legem scriptam, exornavit, Moses cuius virtutes Philo & Nyssenus plenis voluminibus celebrarunt, Iosue de quo insigniter Origenes hom. 24. in eius librum; Samuel, & Regum Propheta rumque maximus, (ut nominat Philo l. de temulentia) David, cuius plenum encomium Basilius Seleuciae pangit oratione 14. 15. 16. & 17. Et uno verbo omnia complexus est Sapiens, cum dixit, sic fuisse Dauidem in filiis Israël, vt adipem à carne separatum. Elias, [qui verē nubes concussum, & cœlo interminatus est ne plueret, & verbo ligata creatura auriga elementorum factus, lingua ingenti, creatura gubernaculum moderans est;] ait S. Athanasius orat. de Ascens. Ut ceteros præteream, Fuere in veteri legē tres pueri, de quibus S. Ephrem in eorum encomio, Eucher. hom. 3. de Epiph. Chrysost. epist. 1. ac hom. 18. num. 1. Cor. & hom. 8. in ad Ephes. Fuere Mater Machabæorum, & Macha-

bæi, de quibus splendidissime Eucher. hom. 4. cap. 10.

Hic omnes qui velut stellæ per noctem legi naturæ & scriptæ fulserunt, Lucifero matutino, Ioanni legis clausula, concedant de sanctitate, necesse est; sicut qui montem alum subeunt, nisi pertingant ad verticem, de praefatis sunt eo qui occupauit montis apicem. Sic lex Evangelica, mons est editissimus, iuxta S. Augustinum, de loco in quo proposito sunt Evangelicas beatitudines, differentem, Pars quā confunditur, lex vetus fuit. Qui ergo sursum perueni Ioannis, omnibus qui inferius haſere, fuit subtilior. Quanquam ex Christi quidem promulgato, illud unum habemus, nemini anterius cessisse Ioannem. At enim Christus, non surrexit maior Ioanne Baptista. [Exclusitique maiorem, non negauit aqualem,] ait Petrus Damiani serm. 24. Nihilominus, ratio proposita suadet quod dixi. Et quanquam sola cum anterioribus sanctis aequalitas, in B. Ioanne rara esset, liquet ex dictis, quād sublimis esset S. Ioannes, nemini edens anteriorum, quoniam plerique adeò fuerunt eminentes, ut proprie S. Cyrius catech. 3. audacie in eo pronunciato suspicionem, inde tantum amolitur, quod ipsamet veritas, maiorem Ioanne inter nos mulierum non surrexit, clare edixit Martin. 11. quod ibi Maldonatus, & late Antonius Pères Controuet. 4. Exposita, probant accipiendum esse de magnitudine quodam sanctitatem, non autem de magnitudine sola munera Praecursoris, quae est in eum locum, Ianueni, & Francisci Lucæ expositio, approbata à Vasque 1. part. disp. 47. & magno plausu excepta à Notuotibus, deplimenti Baptista studiolis. Quanquam cum solleme si Deo, numeribus invenia decora proportione respondentia conferte; & quē ex ea interpretatione dicti Christi, sanctitas summa S. Ioannis concludetur.

Indidem illata sanctitas Baptista, collatis cum SS. Novi Testamento.

931 Ex eodem principio, summa eiusdem Baptista perfectio & eminentissima sanctitas, per comparationem ad eos qui in novo Testamento floruerunt, (Christo & Deipara semper exceptio,) facile erit potest, de quo late certatur à Philippo Abate l. de Conta, cleric. à cap. 73. Nimurum fuit Ioannes medius inter utramque legem, limes utriusque communis, ut de mediis terminis quantitatibus tradunt Philosophi. In lege portò noua, pro maiore ad Christum vicinia, vberior & plenior fuit sanctitas. Ex quo fundamento, sumnum Apostolorum sanctitatem, Ecclesia pra omnibus consequentibus Sanctis, semper ratam habuit. At nemo Christo propinquior Ioanne, vt Petrus Damiani serm. 3. de eo, in calce, docet, & optimè S. Bernardus serm. de S. Ioanne; perpendens vocis & verbi mortalis immediationem. Et negligēta carnis propinquitate, ac confusione iam ex vetero, consideranda est cooperatio, quæ Christum in Ecclesia fundanda admittit. [Hunc enim, ait ibidem Damiani paulo superius,] insignem arque egregium totius humani generis virum ad currēndam vt gigas mortali

mortalitatis nostræ viam , quasi coniunctorem , sibi Salvator adscivit , & ad peragendum redempcionis nostræ negotium , quodam modo ut particeps effet , & collaborator elegit .] Eoque titulo , in officio Mozarabum , aduentus ante eius nativitatem decernitur : Et in Concilio Salernitano cap . 1. & 3. Itaque quicquid sit , an præfetti possit Apostolis , de quo non prouincio ; eis tamen cedere negatur absque temeritate , vt videre est apud Iustinianum d[icitur] p[ropositum] de Apostolatu cap . 5. Imo Petrus Damiani serm . 24. qui est 2. de S. Ioanne , omnibus Sanctis n[ost]ri Testamento , Ioannem anteponit , verbis illis . [Ioannes humanorum limes est meritorum . Quantumcumque enim Apostolici Senatus excellat auctoritas , quantumcumque vel Patriarcharum fides in diuina agnitione proficiat , vel Prophetarum oracula ad referenda arcana mysteria conualefcant , quantumlibet certè cumuletur triumphantium gloria martyrum , quantumvis effloreat vernans pudicitia virginum , vel in verbis vita se exerceat lingua Doctorum ; circa metam Ioannis omnia cohibentur , nihilque virtutis humanæ , nihil religionis , nihil perfectionis ultra progeditur .] Plenius , comparatione magis in particulari instituta , eadem iterat serm . 25. in p[ropositum] . Optimè item Guerticus serm . 1. de S. Ioanne .

932 A Davide , Psalm . 67. in præclara , sed obscurissima , eminentissimorum nouæ legis sanctorum recensione , collocatut ante Apostolos ; fortassis habita ratione temporis , quo ei præiuxi . Describit ibi Psaltes primo loco , Regem virtutum dilecti , Christum inquam Regem exercituum Ecclesiæ , & matrem eius sanctissimam , quam-velut Reginam , & totius Dei familiæ matrem , cognomine in Scripturis recepto (vt apud Iobum cum ait , *visitans speciem tuam , non peccabis*) speciem sive ornamenti domus Dei , nominat Psaltes , Illi Antonomasticæ victoriæ , & huic (potiore iure quam illa olim Antonini coniux Faustina ,) matris castorum , polia de Satana & Tataro diuidenda , vult referri . De Apostolis quasi Regibus à summo & celesti Rege super Ecclesiæ discretis , & in umbra corporis Christi , in Selmon inquam qui *umbra* exponitur , supra niuem dealbantibus populos Ethiopiaes , agit tertio loco . Secundum ut Hugo Victorinus serm . 97. reçè tradit , dedit Baptista , eo verbi in quo fixam omnibus Interpretibus crucem dixit Alphonfus Mendoza quodl . 2. Exposit . si dormiatis inter medios cleros , (hoc est inter duas portas , inter duo Testamenta , vt exponunt Hieronymus , Augustinus Theodoretus , Euthymius , fuitque id Ioannis proprium , vt haec tenus vidimus :) eritis sicut penna columba deargentea , & posteriora dorsi eius , in pallore aurii . Benè quod vox Hebreæ Joanna (vt notat Nicetas in orat . 42. Nazianzeni) columbam sonat , animal innocuum , & pudicitia exemplar ; vt differunt Augustinus tractat , sexta , in Ioan . Nyssenus lib . de Virginit . capit . undecim , & apud Cyprianum Autot sermonis de Spiritu sancto . Adde etiam nuncij munere sanctas sapè columbas , vt Alcionandus l . 1. Ormihol . fusc docet . Non potuit hominis missi à Deo , & innocentissimi , ac purissimi , Symbolum aptius proferri . Sed de spe . viali iurg , quo Baptista mediator audire potuit .

Theoph . Raynaudi de Attrib . Chriſti .

d[e] que consequentibus ad eum titulum decoribus , plus sat is , hoc quidem loco .

Alij præterea mediatores analogici , ut Sacerdotes , & iusti quinque

933 Sunt & alij quidam infra Christum mediatores . Nam nunc quoque Sacerdotes , mediatores audiunt inter Deum & nos . Ita locutos plerosque Patres , confitunt ; Hieronymum in cap . 2. Malachia , & Epifol . ad Fabiolam ; Gregorium Magnum in Pastor . part . 1. cap . 11. Chrysostomum lib . 6. de Sacerdotio . Nazianzenum in Apolegetico , & in S. Basilij laudatione , & alios quos profert Espencaus l . de Mediatore cap . 1. & multis etiam refert Hosius lib . 2. contra Brentium *ante medium* ; quibus adde , Clementem Romanum ib . 2. Constat . cap . 30. Iridorum Pelusiotam lib . 3. Epist . 290. Bleensem Epistol . 139. sub finem . Iuonem Carnotensem serm . de excellentia factorum ordinum , egregie distinguentem in his mediatoribus duas naturas , Bernardum pulchre epil . 42. quæ est ad Henricum Episcopum Scironensem , (vbi de Pontifice mediatore , ac ponte inter Deum & homines .) Et literas Episcoporum Aegypti ad Leonem Imperatorem , quæ exhibet Nicephorus lib . 13. cap . 17. Ibi enim S. Proterius Patria vita Alexandrinus , nominatur mediator inter Deum & homines , & Sacerdotum definitur mediatio & interpositio inter Deum & homines . Præterat Philo sub finem libri 2. de Monachia , sic scribens præter cetera . Postulat in eo viro lex præstantiæ homine indolem ; quippe qui Deo sit familiaris præ ceteris , situs in quadam diuina humanaque natura , (si verum fateri licet ,) confinio ; vt hoc mediatore Deus proprieetu[m] hominibus , eiusdem ministerio portigat eis largiaturque suam gratiam .

Pulcherrimè verd[us] de Christiano Sacerdote agens S. Chrysostomus hom . 5. de verbis Esaiæ , hinc inferens quanto præ Sacerdos Regi præcellat . [Sacerdotium , (inquit ,) principatus est , ipso etiam regno venerabilius ac maius . Ne mihi narres purpuram , neque diadema , neque vestes aureas , umbras fuit isthæ omnia , veriusque florculis leuiora . Omnis enim , (inquit ,) hominis gloria sicut flos graminis , etiamque ipsam gloriam regalem dixeris . Ne , inquam , mihi narres ista , sed si vis videat discrimen , quantum ablit Rex à Sacerdote , expende modum potestatis utriusque traditæ , videbis Sacerdotem multò sublimius Rego fedentem . Quanquam enim nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas ei affixas , & autum quo obsecnitus est , tamen rerum terrenarum administrationem fortitus est , nec ultra potestatem hanc præterea quicquam habet autoritatem . Verum Sacerdoti thronus in celis collocatus est , & de celestibus negotiis pronunciandi habet autoritatem . Quis hac dicit ? Ipse celorum Rex : *Quacumque enim liganteris super terram , erunt ligata & in calis : & quacumque solueritis super terram , erunt soluta & in celis* . Quid cum hoc honore conferri possit ? Altera , iudicandi principalem autoritatē , sumit celum . Nam iudex sedet in terra , Dominus sequitur seruum ; & quidquid hic in inferioribus iudicariet , hoc ille in supernis comprobaret . Itaque medius stat Sacerdos inter Deum & na-

PPP 2. tura

turam humanam; illuc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones, illuc perfrens; Dominum iratum reconcilians vriue natura; nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Eoque Deus ipsum regale caput Sacerdotis manibus subiecit, nos crudens, quod hic Princeps est illo maior. Siquidem id quod minus est, benedictionem accipit ab eo quod praestans est.]

934 Vides Sacerdotem esse mediatorem, & hoc quantum. De quo quis Christiano Doctore, similiter loquitur Clemens Alex. 7. Strom. De quounque pio viro alii p̄aeposito, splendide Gregorius Nyssenus Tract. 1. in titulos Psal. cap. 7. Nec refragatur S. Augustinus lib. 2. contra literas Parm. cap. 8. cum latè refellit quod Parmerianus, Episcopum dixerat esse, mediato rem inter hominem & Deum: quod & à S. Paulo 1. Cor. 12. & vbius alias, studiosè vitatum obseruat. Hæc enim non interquentur in eam mediationem quam Patres cæteri Sacerdotio tribuant; sed in illam duntaxat, superbam & typhi plenam, qua Donatista Permenianus, se & alios eiusdem secte Episcopos, tanquam prios, ita Deum inter & homines interponēbat, vt eos in illis fidelium orationibus nollet: Quod S. Augustinus merito aversatur, tanquam plenum insani tumoris: [Homines enim omnes Christiani, inuicem le commandant orationibus suis. Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus verūque mediator est, cuius typus quoniam præfigurabatur in Sacerdote vèteris Testamenti, nullus illic inuenitur orasse pro Sacerdote.] Modestam itaque illum & sobrium mediationem, qua aliorum apud Deum interventionem admittat, non negat Sacerdotibus & Episcopis, D. August. Si-
cuit neque diffidetur, imo vt audiisti, expresse ad-
mitit, eam mediationem qua membra Christiani populi apud Deum pro se inuicem inter-
cedunt. Dici etiam posset, S. Augustinum nega-
re mediationem Episcopi inter Deum & homi-
nes, in alio sensu apud Donatistas recepto, nem-
pe itav Episcopus bonus, sanctificet plebem
baptizando, & ministrando Sacra menta; malus
autem non sanctificet; quod est constitutum Epis-
copum mediato rem redemptio nis; cum tamen
non sit nisi legatus & quoad hoc purus mini-
ster.

Iustos quoq;libet, mediatorum pro humano genere perfungi munere, & vrbium in quibus degunt mediatores apud Deum esse, intelligitur ex grauissima oratione S. Ambrosij lib. 2. de Cain c. 3. quam expressit ex Philone lib. de Sacrifício Abelis & Caini, & lib. de migrat Abraham. Eo loco, S. Ambrosius, cum premissem ratiōnem vñam, ob quam vir sapiens, est levites sive redemptio sapientis, subdit sensum tropologicum in hæc verba. [Plurimum tamen refert, & inorale adificat affectum, si etiam numerum instorum, simpliciter accepimus prodeesse populorum salutem. Comprimit & refecat inuidiam, confundit improbitatem, virtutem incitat, auget gratiam. Nemo enim inuidere debet alteri laudem qua sibi proficit: atque improbas quisque, redemptorem suum dum suscipit, frequenter imitatur. Certe veneratur, plerūque etiam diligit. Ipse etiam si se alii profuturum sciat, studiis augerut, eaque gratia connectit po-

pulos, accumulat charitatem ciuium, vrbium gloriam. Quām beata ciuitas que pluim modò benedicitur tota de parte, & beatus aqueperitus eius status existimatur. Quām ga- video; cum Virgines castas, viduas graues ap- curiam prætendant ipso quodam vultu & spe- cie grauitatis, quod reverentur, quod impen- tur, quoad omnem morum gratiam colentur. Non enim ipsi gaudeo, cum vivendo multa subeant tertia seculi huic, sed quia prolunt plau- quamus longa senectute depositus, afflito; quia destruitur greci juvencum muto seculi. Denique peritura vrib; aut malorum immi- nentium, vel futura labis, hoc primum indicium est, si decadent viri confitentes, vel etiam gra- uores feminæ. Hinc primum ingruentem porta aperitur malorum.] Nimirum quia sublati sunt mediatores.

Beati, ac præferrim Deipara, eodem modo mediatores.

935 Multo iustius sancti, qui iam beatu-
dine patiuntur, nec egent pro se hisque æni-
mis depescari, mediatores humani generis quid
Deum nominantur. Quo pacto locutus est S.
Basilius orat. in SS. 40. Matytes, & S. Greg.
Naz. orat. 6. num. 16. vocans Matytes mediato-
res diuinitatis. S. Victorum nominat mediato-
rem, S. Bernardus serm. 2. de S. Victore. Deip-
aram mediaticem nostrarum ad Christum, gen-
tibus licet Hareticis, paſſim vocamus, pre-
tribus Patribus, Bernardo serm. 2. de Aſſump-
tione, & serm. de verbis Apocal. & Epifola.
174. Basilio. Scelencia orat. de Annunc. Virg.
Ephrem orat. de laud. Deip. Antichio de excell.
Virg. cap. 9. Diferit latè de eo Deipate titulo.
Salazarius lib. de Conceptione cap. 21. & qui
hunc titulum, viribus Christi nihil officere op-
timè demonstrat Cánisius lib. 3. Marias cap.
12. Ego pro eo Giselbertum insuper adduco
in Altercatione Synagogæ & Ecclesie ſab-
uem ad illud, cum effet desponsata. Eximium enim
Deipara elogium ſtruī, que hunc titulum non
omisit. Nec omitendus Richardus à S. Lauren-
tio, cuius hac est oratio lib. 2. de Deip. [Sicut
filius est mediator Dei & hominum, sic & ipa;
nostra ad filium est mediatrix, qui ſcilicet me-
diante, venit ad nos Filius Dei, & qui mediante
ad Filium peruenit. Ad quod innundum,
Christus mortuus ipsam habuit ab Aquilone,
quo ſignificantur peccatores: quia hoc ipsa
diceret, quod ipsa mediante, dexteram fax pro-
pitiationis extendet peccatoribus congelat.]
E. inferius. [Dixit Pater Genes. non eff. bonum,
hominem eff. ſolum, id est non ſufficit vincus Ad-
uocatus, aut mediator, aut intercessor humano
generi in celo, cum tot & tam periculofas ha-
beat causas coram me. Faciamus ad adulterium,
id est B. Virginem, qua alleget pro genere hu-
mano coram Filio, ſicut Filius coram me. Prop-
ter hoc dicitur de ipsa Psal. 88. ſexto in calo-
delia.] De omnibus aquæ sanctis, idem statut
S. Basilius, verbis illis in Epiftola ad Iulianum
Apostolan. [Sufſicio SS. Angelos, Prophetas,

& Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum mediationem, propius sit mihi Deus noster, & remissionem mihi peccatorum gratis largiatur.] S. Cyillus qui 12. Thesal. cap. 10. aliquos duntaxat Sanctorum, donat titulo mediatorum, de iis duntaxat sanctis agit qui dum viuent mediatorum personam sustinuerunt, intercedentes pro populo, proponitque exempla Moysis, Jeremiae, & multorum Prophetarum quos pro Iudeis interuenisse apud Deum producit Scriptura. De sanctis autem in termino constitutis, non agit eo loco; nec quibusdam eorum tribuit mediandi & interueniendi partes, alii non item. Sunt itaque sancti, iam cælo illati, nostri apud Deum mediatores.

Quod si aliquando nonnulli Patres, ut Hilarius Diaconus in c. 1. ad Rom. beatis cœlitibus negare videntur titulum *mediatorum*, perficue egerunt de mediatoribus acceptis in sensu Platonicico. Statuebant enim Platonicci, Genios mediatores, per quos tanquam per internum eos & interpretantes, peruenientium effet ad Deum summan, de quibus & super taecum est aliquid ex Augustino, & plenius etiam est actum in Naturali Theologia d. 8. num. 45. & late quoque Espenarius I. de Mediatore cap. 12. Eam Platonicam Sanctorum mediationem, non illam quam admisisimus, repudiat Hilarius Diaconus, & nonnulli alij Patres, quos ridiculè Sectariis nostris aduersus cœlum invocacionem allegant. Nec defuisse qui talem Angelorum pro nobis mediationem inuherent, quæ Christus mediator excluderetur, tradit diserte S. Chrysostomus hom. 7. in ad Colof. Quos prouide ferire quoque potuerum nonnulli Patrum; ne-gantes Angelis imunus & nomen mediatorum, quanvis eos aequæ ac reliquos cœlestes, suo modo esse necessarios apud Deum mediatores, non inficiunt. Alio responsio, tametsi communior, non videtur adeò esse ad mentem Patrum predicatorum; nempe quod negent duntaxat unum alium esse mediatorem per modum Redemptoris. Adhibent eam responsum Hieracoligi passim, & Suares, lib. 1. de orat. cap. 10. à num. 11.

Concluditur, unicum Dei nobiscum mediatorem, esse Christum.

936 Quamuis autem & Moses, & Propheta, & Sacerdotes, & iusti omnes, ac Beati, mediatorum rationem & nomen vñcunque partcipent, tamē propriæ & simpliciter loquendo, verissimè dictum est ab Apostolo 1. Timoth. 2. *Vnus Deus, & unus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.* Eius loci insignem Glosam ex D. Cyril accipit. 1. 12. Thesal. cap. 10. [Mediator Dei & hominum Iesus Christus est, non solum quia reconciliavit homines Deo, verum etiam quia naturaliter & substantialiter & Deo & homo in vna hypostasi est. Hoc enim modo naturam nostram sibi Deus reconciliavit. Nam aliter, quomodo vnum mediatorem Christum, Paulus dixisset; Multi enim Sanctorum, mediationis ministerio vbi sunt, & ipse Paulus clamat; *Rogamus pro Christo, reconciliante Deo.* Moses quoque mediator fuit, ministrans enim filiis Israël legem, datam à Deo. Mediator etiam fuit Beatus Hieremias, praincipie quando clamabat ad Deum: *Recordare*

mei fratris coram te, ad logendum pro ipsis bonis. Quid multa? Singuli Prophetarum mediatores fuerunt; Apostolorum quoque singuli. Quomodo igitur vnicus mediator Dei & hominum Christus est, nisi noua inauditaque in aliis mediatis sua sit? Sed modum quoque perstringere non alienum est. Quod igitur duo quædam sicut medium coniungit, ab vitroque necessariò tangitur: & hoc modo diuersa per medium coniunguntur. Est autem Christus mediator Dei & hominum, quia in eo uno Deus & homo coniunguntur. Non est tamen ipsis aliud tertium præter Deum & hominem, sed Deus vero, & homo vero; *Ipsæ enim est pax nostra.* Et quoniam naturaliter nobilcum coniungitur, diuina substantia natura nostra in ipso coniungitur, & hoc modo diuina natura communicamus. Vides veram germanamque causam, cur Christus sit vnicus solusque mediator inter Deum & homines, mediatione illa peculiari, per quam consecuti sumus ex iustitia, reconciliationem cum Deo.

Per Christum primarium mediatorem, pax nobis cum Deo.

937 Nec cum Deo tantum, sed etiam cum Angelis, per hunc mediatorem reconciliati sumus. Inter nos ipsis quoque, ac inter vias hominis binas partes, pax conciliata est, eiusdem interuenient. Hoc sensu Christus Zachar. 8. dicitur *sermon pacis.* Ab Apostolo ad Ephes. cap. 2. dictus est *pax nostra*, verbis illis omni fama lapidioribus. *Memores esto quod aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea que dicitur circumcisio in carne, manu facta; quia eratis illo in tempore sine Christo, alienatis a conversatione Israël, & hostites testamentorum, promissionis pueri non habemus, & sine Deo in hoc mundo.* Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi. *Ipsæ enim est pax nostra, qui fecit viraque unum, & medium parietem maceria solvens, iniunctus in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condensat in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliat, ambos in uno corpore, Deo per crucem, inseparabiles inimicitias in semetipso. Et veniens Evangelizauit pacem vobis, qui longè fuisse, & pacem ius qui prope, quoniam per ipsam habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem.* Quibus verbis Apostolus triplicem illam humano generi collatanam per Christum pacem insinuat.

In primis quidem cum Deo qui cum intercedebant nobis inimicitiæ, iuxta illud, *Peccata vestra diuiserunt inter me, & inter vos.* Sed de hac pace, haec tenus fatis multa. Nunc duntaxat, addo S. Paulinum epistol. 4. cum Sampsonem Christi fusile typum monstrat, [Iuuat (inquit) iudulgere sermoni, & illum Domini fortem, usque ad finem suum profequi. Nam in cæcitate ipsius & in morte, diuini sacramenta mysteriorum prælineata mirabimur: qua quod scriptum est, plures illum hostes stravisse morientem, quam toto prius vita sua tempore perculisse: sed arbitrio principe loco viii. Dominica passionis interpretandam, qua zabilis dominus cecidit, & regnum mortis solutum est, quod viuente semper (vt vivit) Christo, & ante carnalem aduentum suum in Maiestate natura sua apud

PPP 3 Domi

RAYNAUD

Tomus I.
De Christo
et
Tomus II.
De Antribu
Christi
A VII.

494

Sectio V. Cap. V.

Dominum Patrem Deo Verbo, tamen dispositis in ordinem suum seculis ab Adam usque ad Moysen, mortis potestas licentia bacchani regnauerat, & de lege intellecto nos evitato peccato creverat hoc regnum, Rex Regum & dispensator temporum Dei filius passione sua diuisit ac diruit; Deus, factus sub lege, ut subiugatos legis solueret, factus per mulierem, sed mulierem, lex, Virginem partu, ut sanctificaret utrumque sexum creator utriusque, suscipiendo vitum, nascendo per feminam. Itaque mortem ipsam moriendo deflexit, solvens (ut scriptum est) inimicities in carne sua, & faciens utrumque vnum, id est hominem & Deum, quem in seipso connexuit, Deus & homo, Christus. In quo utramque substantiam naturae discordiam posuit, & viafiantis gratia eternum feedus agnouit.]

Et hanc ob causam, Christum lapillo flaneo esse collatum dicet S. Cyrillus 3. de Adorat. his verbis. [Coniunxit etiam nos per se Deo & Patri, solitus inimicis in corpore suo, ut scriptum est, id est ad Patrem, qui in celis est, ac Deum, de iis qui iustificati erant per fidem, quia in ipsum credebat, dixit. Pater vobis vestis ego & tu unum sumus, sic ipsis quoque in nobis unum sumus. Hac ratione vocatus est lapis stanneus, quod stanno conglutinatur quae conglutinanda sunt. Dixit autem profecto Deus per Zachariam, cum filium suum nobis demonstraret aliquando venturum atque affuturum: Et lastabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorabel. Ad eundem modum hoc igitur loco plumbi talentum, eundem vocat.]

Pax item cum Angelis.

938 Deinde vero pax nobis per Christum obtigit, cum Angelis, qui pro Deo stantes, gerebant nobiscum similitates. Cum iis ergo nos conciliavit Christus, & ex inimicis fecit tutores, & custodes sollicitos: quod alibi quoque expendit idem Apostolus, ut Coloss. 1. dicens *Complacui per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris, siue quae in celis sunt*. Pulchri Etherius & Beatus lib. 1. contra Elipandum. [Pruis quam Redemptor noster per carnem nascetur, discordiam cum Angelis habuiimus; à quorum claritate, atque munditia, per prima culpa meritum, per quotidiana delicta longe distabamus. Quia enim peccando, exitanei eramus à Deo, extra nos à suo consortio deputabant Angelii, cives Dei. Sed quia nos cognovimus Regem nostrum, recognoverunt Angelii cives suos. Quia enim celi Rex terram nostram carnis assumptus, infinitatem nostram illa iam angelica celitudo non despicit. Ad pacem nostram Angeli redemur. Intentionem prioris discordiae, postponunt. Et quos infirmos prius abieceris que despicerant, iam socias venerantur; cum natum nostrum in sede dominica, immortali fulgentem gloria petuiderunt. Planè illa natura que audiuit: *Terra es, & in terram ibis*. Quoniam natura humana gratulandum est; ed quod sic assumpta est à Verbo unigenito, terra mortalitatis nostra, ut immortalis constitueretur in celo, utique ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis puluis rediret ad exteram Patris. Et hoc est quod clamat Angelii, & omnis Ecclesia;

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Bona voluntatis, id est, qui bene volunt, non qui male volunt. Qui bene credunt, ut cum Angelis socientur; non qui male credunt, ut cum Diabolo damnentur.

In eandem sententiam de Angelorum & hominum per Christum pacificatione audi Chrysostomum apostoli prolatum, quo dixit pacata per Christum suffit omnia in celo & in terra. [Quid est autem illud, *Quae in celo?* Nam quae in terra quidem sunt, merito Repleta enim erant inimicities, & diuina erant in multa, & multa quisque nostrum secum diffidebat, & cum multis. Quae autem sunt in celis, quomodo pacificavit? Illic quoque erat bellum & pugna. Et quomodo oramus dicentes, *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra?* Quid ergo est? Absoluta erat terra à celo, bellum gererant Angeli adversus hominem, videntes suum Dominum probro & contumeliam affectum. Dicit omnia instaurari in Christo quae sunt in celis & quae sunt in terra. Quomodo ea quae sunt in celis? Illuc commigrare fecit hominem inimicum qui odio habebatur, illis reddidit. Non solum quae sunt in terra fecit pacem agere, sed ad ipsos sustulit hostem & inimicum. Hoc per profunda: Angeli de cetero tursus cernuntur in terra, quoniam homo quoque apparuit in celo. Mihi autem videtur ea de caula suffit rapus Pauli, & ut ostenderet quod filius quoque illuc est assumptus. Nam in terra, pax est duplex, & cum celestibus & inter se. In celis autem simplex. Nam si propter vnum peccatum penitentiam agentem latrarent Angelii, multo magis propter tam multos.] Et mox. [Vis scire quantum Angelorum esset in nos odium, & quomodo non semper avertantur? Mirum ad supplicium aduersus Israëlitas, aduersus David, aduersus Sodomitas, aduersus vallem Iudeas. Sed non nunc. Sed contra, in terra cernant validè latentes, & hos deduxit ad ipsos; & homines illus sustulit. Et mihi contemplari id quod est præter opinionem. Hos primos hic deduxit, & tunc hominem ad eos sustulit. Celum facta est terra, quoniam quae erant terra, celum erat suscepturn. Propterea gratias agentes dicimus. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Ecce, (inquit,) apparuerunt etiam homines de cetero bene placentes. Quid est beneplacitum? Reconciliatione. Non est amplius celum paries intermedios.]

939 Hoc Petrus Damiani serm. 1. de Exalt. S. Crucis, in erecta, & a terra in celum surrecta crucis forma expressum censet, sic scribens. [Respicere crucem statem, & vide quam recta cacuminatione de terris erigatur ad celum, & veritatem rei ipsa imagine protestetur. Nonne tibi viderit figura, cuius celum, & terram sublimi continuatione coniungere? Hoc est firmissimum ac indissolubile gloriam, quo conglutinantur rationales creaturae, ut ex virtute que fiat illa cimuta, cuius participatio eius in id ipsum.] Et infra. [Scriptum est in Regnum Historia, quia beata illa mater ait ad Eliam: *En collige duo ligna*. Duo ligna, duo Crucis brachia sunt. In his duobus, humanam & Angelicam naturam intellige. Ipse illud quidem lignum, quod recta sublimitate tendit ad celos,

cælos, superiorum accipe naturam, quæ stetit in reætudine, & officiosissima deuotio ne vo-
luntati Dominantis adhaesit. Illud verò quod
transuersum est, humanam designat, quæ trans-
fusa, immo ut verius dicamus, euerfa, statu
sui perdidit æquitatem. Intuere cum quanto Sa-
cerdotio iungantur. In vtrisque ligno sit scissio,
& ex occasione vulnerum, iunctior iunctura
componitur. Super cœlestes Spiritus non me-
diocite vulnus accepimus, cum Deus in Ange-
lis suis repetit prauitatem: nec contemnda
plaga, cum eam resarciri oporteat, quia non re-
stituto sociali numero, numerositas cadens fa-
cta videtur in vnum. Inferior verò natura, à
planta pedis usque ad verticem, ita venefica
fermentatione infecta est, ut neficiat vnde ve-
niat, aut quod vadat. Vtrorumque Spiritum iug-
tur vtrisque vulneribus non medicoerit han-
tibus, impressio facta est iuncturalis, que Christo
coniungente ita est resarcita, ut nihil vul-
nificum videatur inesse. Christus enim in vtris
que & pro vtrisque confixus, vtrisque cauilla
corporis sui validus necrit, & corpus proprium
iuncturis opponit, ne valeant resilire. Crux iug-
tur iungit cœlum & terram: Christus in Cruce
trahit omnia. Leo rugiens ibi ligatur: Angelus
concederatur, & homo; totumque per eam re-
ficit, quidquid fecit manus Altissimi.]

S. Cyrilus lib. 11. de Adorat. huic refert nexus
superhumeralis & rationalis. Iam verò, (in-
quit,) quod supernaturali aptatum est rationale,
ea te significari opinor, Christo interposito
mediatore, superis infera esse connexa. *Ipsa est*
enim pacis nostra qui fecit vtrique vnum, ut Scrip-
turæ tradunt, & Angelorum cœlitum humanam
naturam charitatis vinculo deuinxit.]

Pax insuper, hominibus ad homines,
& ad seipso.

940 Tandem etiam Christus, genus no-
strum in duas partes discissum, connexuit &
pacem fecit. Erant enim Gentiles à Iudeis aulisi,
& vtrisque in vnum compaginavit. Hoc pul-
cherrime exponit apud S. Ambrosium Hilarius
Diaconus ad Galat. 3. tractans illud, *mediator*
autem, vnius non est. In quem locum sic scribit.
[Sine dubio mediator, hoc est arbiter, non est
vnius, sed duorum. Cum enim duo populi ini-
cem aduersum se dimicarent, semper dissidentes
& inimici aduersitate doctrina, Salvator horum
arbiter venit, amputans vtrisque populis per
quod discordabant, ut possent esse pacifici. Ab-
stulit ergo gentibus, numerum Deorum, & fa-
miliatum elementorum, quod scandalum erat
Hebreis. Abstulit & Iudeis opera legis, idest
neomenias circummissionem, & curam Sabbati,
& discretiones e'catum, & cetera quæ abomi-
nabantur Gentiles, & sic facti sunt pacifici, qui
prius fuerant inimici.]

Quin etiam lege noua charitatis, de qua
mox, constabilita, & Spiritu charitatis infuso,
omnium hominum cum omnibus hominibus,
& partis superioris cum nostra parte inferiori,
pacem formauit atque perfectit. Vnde illa sanè
egregia Nyssenii ad pacem & concordiam inter
nos cohortatio lib. de perfecta Christiani for-
ma, [Christum esse pacem cogitantes, veram
Christiani appellationem ostendens, si per
eam pacem quæ in nobis est, Christum vita

nostra expresserimus. Ille interfecit inimicitiam,
ut inquirit Apollonius. Ne igitur eam in nobis
villo modo teiuiscere patiamur, sed planè mor-
tuam esse declaremus. Ne præclatè pro salute
nostra interficam à Deo, nos in nostrorum
perniciem animorum irascentes, & iniuriarum
reminiſcentes excitemus; ea quæ bene mortua
sacent, improbe in vitam reuocantes. Sed cum
habeamus Christum qui est pax, nos item ini-
micitiam occidamus, ut quod in ipso credimus,
id in nostra vita profequamur. Ille enim me-
dium parietem maceræ solvens, duos condidit
in semiperlo, in uno homine faciens pacem: sic
& nos reconciliemus, non eos tantum qui nos
extrinsecus oppugnant, sed illos etiam qui in
nobis ipsis leditiones commouent, ut ne con-
cupiscat amplius aduersus Spiritum caro, &
Spiritus aduersus carnem; sed prudenter carnis
legi diuinae subiecta in vnum nouum & paci-
ficium hominem redificati, & ex duobus vnuſ
effecti, in nobis ipsis pacem habeamus. Hæc
enim est pacis definitio, ut dissidentium concor-
dia esse dicatur. Quamobrem quando naturæ
nostræ bellum in celum sublatum est, in nobis
pacem coientes, pax efficimur, & veram ac pro-
priam in nobis hanc Christi appellationem de-
claramus.]

Speciaſter de pace cuius interna, sic S. Paulinus Epistola 21. [Cruci ergo fixus est Domi-
nus, quo mysterio pietatis atque concilio, Apo-
stolus docet, ut solueret (inquit) parietem vallæ,
interficeretque inimicitias, & omnem huius mundi
ambitum dispolaret, ac de vniuersa inimici
potestate captiuam ipsam capiuitatem, triun-
pharet. In sua cruce suscipiens (inquit) similitu-
dinem carnis peccati. Non vtrique similitudinem
carnis, quia in omnibus Deus veritas, & idem
verè & corporaliter, Verbum caro factum est;
in similitudinem carnis peccati, ut qui pecca-
tum non fecit, per suam inuiolabilem impaſſi-
bilèmque naturam propter nos tamē (ut scri-
ptum est) peccatum faciens, id est, peccatorem
suscepit in forma serui gerens. Factus enim
est pro nobis maledictum, ut nos maledictio
legis absoluere: de peccato damnavit pecca-
tum, id est peccati materiam, quæ adhuc in illa
Adæ carne viuebat, in ipso quam suscipere di-
gnatus est Adæ carne vacuauit, ac sic parietem
vallæ, hoc est peccatum quod inter nos & Deum
separabat, defluens, fecit vtraque vnum; non
solum ut Iudeorum & gentium fides in Christo
coiret, sed ut in vnoquoque nostrum qui
crederemus, natura sibi nostra congrueret, &
discordia quæ prius versabatur in nobis, cum
spirituali adiectu carnalis anima repugnaret,
pace fidei solueretur. Nunc enim bellum illud
antiquum quo lex peccati repugnabat legi Dei,
aboletur in Christo, cùm spiritus Deo seruens,
subiectam sibi animam, Deo seruientem, in om-
ne obsequium caro ministra comitatur.]

Optime quoque S. Cyrilus lib. 11. de Ador,
tractans benedictionis formulam num. 6. præ-
scriptam, cuius vnum caput erat, *det tibi pacem*
Dominus, quod sic exponit. [Eleuatio vultus
conciliatrix est pacis, cuius donator est & arbiter
Christus, qui hoc tanquam proprium ac
peculiarum bonum, in se credentibus, & proponit
& donat; *Pacem enim, (inquit,) meam do vobis,*
pacem meam relingo vobis. Cuius enim tanquam
in sublimi posuit Filium Pater, dans illi nomen,
quod

quod est super omne nomen, ac dicens illi *Sede a deo roris metu: tum verò sublati inimicitis, quæ nos disiunctos tenebant, in pacem connexi sumus, ed quid quæ ipsius sunt, sapere studemus, & in Spiritu ambulare, in quo & per quem diuina naturæ consortes effecti sumus, Christo nos in unitatem connectenti: Is enim profectus ait ad Patrem, *Volo ut fieri ego & tu unum sumus: sic etiam in nobis unum sis;* *Unum enim corpus omnes sumus in Christo; & qui adharet dominorum spiritus est vel in Scripturis, Deo autem & Patre suam quodammodo faciem elestante, id est glorificante Filium, pacem cum eo compositam nos adeptos esse, declarat ipse dicens: *Cum exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum.***

Ratum id habet Palladius, quæ cum ibi Diologum texit S. Cyrillus, subditque id esse quod dictum est de Christo, *Ipsa est pax nostra;* Et per ipsum accessum habemus in Spiritu ad Patrem. Quæ potrò de uno, ex duobus in nobis per Christum efficiendo, habet supra Nyssen, clariss ab eo exponuntur orat, 7de beatitud. in ipso sine. Subdit, & erit iste pax. Et Angeli Luca. His de causis, Christus pax dictus est. Nam & Michæas cap. 5. præmissa Christi Nativitate in Bethlœum, subdit, *Et erit iste pax.* Et multitudine Angelorum statim ab ora solis Christi, Luca 2. gloriam Deo esse denunciant in altissimis, ex tanta mysterijs in terris autem, esse pacem hominibus, ex bona voluntate Dei oriundam, qua silius suum nullis adductis humanis meritis, demisit in terras. In quam sententiam sic dicit Chrysologus fccm. 149. [Christus qui est Rex pacis, cum sua pace procedens, fugavit omne dissidium, dissensiones depulit, discordiam perturbavit, & sicut cælum splendor Solis, ita Ecclesiam fulgore pacis illuminat. *Quia natus est vobis bodus,* (sic) *Saluator mundi.* O quam desiderabile nomen pacis: quam Religionis Christianæ stable fundamentum, & altaris Dominicæ cælestis ornatus. Et quid dignum possimus de pace prologio? Pax nomen est ipius Christi, sicut & Apostolus dicit; *Quia Christus est pax nostra, qui fecit virangle unum;* qua non sententiis, neque fide, sed inuidia Diaboli dissidebant.]

941 Hæc est pax super pacem, de qua hominibus confertenda à placato Deo illustris locus est Isaiae 57. ad quem allusisse Apostolum loco prolatu ex cap. 2. Ephesiolorum, existimat ibi Hieronymus. Sic autem habet locus Esaiæ. *Hac dicit excelsus, & sublimis, habitans eternitatem: & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito & humili Spiritu: ut vinificet Spiritum humilium, & vinificet cor contritorum.* Non enim in sempiternum lignabu, neque absque ad finem irestur quia spiritus a facie mea egrediebatur, & statu ego faciam. Propter iniquitatem avaritia eius, iratus sum, & perfussum: abscondi a te faciem meam, & indignatus sum: & abi vagus in via cordis sui. Vias enim vide, & sanau eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Creavi frumentum laborum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui prope, dixi Dominum, & sanau eum. Apostoli hanc pacem Euangelizavunt, ut ex Isaiae tradidit Rom. 10. aprato ad Apostolos eo Isaiae vaticinio, quam pulchri sunt pedes Euangelizantium pacem. Sic in Christo Iustitia &

pax osculata dicuntur, & disciplina pacis habita super eum fuisse proditur. Christus figuram ob huiusmodi pacem inducatam, gesta pacis. 3. Reg. 2.

Hinc gratulatos sibi veteres Patres, quod in Christi adventu, pax futura esset in terrarum prosequitur optimè S. Bernardus ferm. 2. in Cant. his præter carera. [Non lauit sanctos & ante adventum Salvatoris, Deum super mortalia genus cogitare cogitationes pacis. Nec enim faceret verbum super terram, quod non reuelaret seruis suis Prophetis. Erat tamen verbum hoc absconditum a multis. Fuit namque in tempore illo rara fides in terris, & tenus admodum spes, in pluribus quoque illorum qui expectabant redemtionem Israel. Qui vero præsciebant, ipsi & predicabant Christum in carne venturum, & cum ipso pacem. Vide quidam eorum, *Et pax erit, inquit, in terra nostra cum venerit.* Immodic per ipsum, Dei gratiam homines recuperatores, cum omnī fiducia, sicut diuinis acceptant, prædicabant. Quid & precor Domini Ioannes, suo tempore implum agnouit & perhibuit, *Gratia (inguens) & veritas per Iesum Christum facta est,* & ita venit esse, omnis nunc Christianus populus experitur. Ceterum illis pronunciabant pacem, moram autem faciente auctore pacis, mutata populi fides, dum non erat qui redimeret, neque qui saluum faceret. Itaque causabantur homines moras, quod ille toties nunciatus, nondum veniret *Principem pacis,* sicut locutus erat post os sanctorum qui à seculo sunt Propterum eius, & suspectas habentes promissiones, signum promissæ reconciliationis (quod est oculum,) agitantibus: ac si numeris pacis vno quilibet responderet de populo; Quo vnde tollunt animas nostras? Iam olim prædictis pacem, & non venit; præmitur bona, & adhuc turbatio. Ecce hoc ipsum multis modis, & Angeli Patribus, & Patres nostri annunciantur nobis, dicentes, *Pax pax, & nos est pax.* Si mihi vult esse persuasum Deus, quod de suis beneplacito voluntatis, tam crebra iuris legatione respondet nec exhibet, osculetur me oculu oris sui, sicut in signo pacis, faciat de pace secutum.]

Est ergo Christus nobis datum pax. Nec contentus Pater filium suum pacatum dare, adiunxit pignus pacis pacis, Spiritum sanctum. Quemadmodum enim (ait S. Chrysostomus, 2. in Ep. ad Ephes.) Perinde ac si genitus bellum esset aduersus gentes, dant obfides, & Deus de di filium suum pignum pacis, & federum, & Spiritum sanctum qui est ex ipso.]

Christus mediator, idem quod lapsus angulatus.

942 Mediacioni Christi inter nos ac Deum, adiuncta quoque fuit mediatio multiplex, quam Apostolus post Psalmum alias verbis expressit, docens Christum factum lapidem anguli, scilicet se vtrique vnum, hoc est in eum adiunguisse homines inter ac Angelos: itemque inter ipsos homines qui ante eum alii plerique, cum etiam religiosi cultus ritibus disiuncti, & in Iudeos ac gentes divisi, rixas inter se ac prælia agabant, quintam idemmet homo, à seculo

miserè diuisus in extēnum ac interūm diſtractus, bella ſecum ciebat, expers pacis. Compouit omnes Christus; & quæ in cœlis, & quæ in terris, cuncta pacificauit, autore Apſtole, ſicut que lapis angularis, & iuxta Psaltem caput anguli, fecit vtraque vnum; vnde plena & omnibus numeris abſoluta pax conciliata. Scio quām multiplex ſit interpretatio verborum illorum, *lapis angularis & caput anguli*; Nec me latet, lapidem angularē a plerique accipi pro fundamentalio, de cuius ad Chritum accommodatione, dicitum est traſtando titulum Regis gloria, ex adiſcīs per eum conſtructis. Non ineptē tamen cum nonnullis Patribus & Doctōribus, quos profert Pineda in cap. 38. Iobi digreſſione de laſide angulari, & Villalp. t. 2. lib. 5. diſp. 2. cap. 34. licet reſtagetur Cornelius Ephel. 2. accepit quoque pro laſide, fatigium duorum parietum neclētē, & vtrique medio, qui *caput anguli* appellatur, atque adeo eſt reue-*ra angularis*, non minis quam lapis demilis in fundamentali, neclētē in mo duos parietes. Hoc munus, Daud Psal. 117. & Apoftolus Ephel. 2. Chriſto tribuit; ipſeque etiam Chriſtus de ſe expoſit verba Psaltis, de laſide ab adiſcībantibz reprobatō, tandem factō in caput anguli: quod ridiculē Hebrai, de laſide quo- piam materiali, nonnulli de Dauide, accepere voluerunt. Nos Chriſtum audimus, & de eo accepimus. Tantum ſuper eſt atringendū, quorum reſpectū parietum, & quando, factus ſit Chriſtus laſis angularis, & caput anguli, neclētē illos vt medius, atque coniungens, & faciens vtraque vnum.

De Angelis & hominibus, duos parietes accepere, Hieronymus, Lautentius Iuſtinianus, Ortho Feiſingenſis, Petrus Bleſensis, allegati ſuperiū, traſtando de Chriſto, capite Angelorum & hominum. Nyſenius, de perfecta Chriſtiani forma, de duobus eiusdem hominis portionibus, ſive de homine extēno & interno accepit, quem quod vulgaris non ſit interpreta- tio, iuuat audiſe. [Quod à ſapiente (inquit) Ar- chitecto fundamentali fidei & anguli capu- nuncipatū, id quoque nobis ad vitam ex vir- tute instituendū expediet. Sic enim bonarum omnium & administrationum ciuilium, & diſciplinarum, & institutorum tum principium, tum etiam finem eſt Dominum dicimus. Nam & ſpes, quam pro capite accepimus, ad quam re- ſta honesta que actiones noſtrae tendunt, ille nominatus eſt à Paulo: & in principio huiusce vite adiſcī, quod ad ipsum dirigitur, fides, in qua vita principia tanquam fundamenta faci- mus, & quotidianis officiis, puras tuin cogita- tiones tuin actiones noſtras moderarom; atque ita, quo vniuersi eſt caput, noſtrum etiam ca- put efficitur, cū duobus vita noſtrae, corporis videlicet atque animi muris per honestatem & puritatem conſtruētis, angulari coniunctione aptē coheret. Quod ſi altera pars deſit adiſcio, vt vel animi puritas confiſciā extrinſicē honestatem non habeat, vel hac, quæ vide- tur animi virtute vacet, eius mancæ inchoata- que vite caput, non erit Chriſtus, quippe qui dupli angulari que fabrica, tantummodo qua- drat; neque enim, niſi dui concurrant parietes, angulus fieri potest. Quare tunc imponetur adiſcio nostro ſummi angularis fatigij pul- chritudo, cum ex vtraque parte, ad rectam vi-

Theoph. Raynaldi de Attrib. Chriſti.

tutis normam, duplex vita & recta & conſtaſt, & nihil obliqui curuque habens, perpendi- culo concinne erit accommodata.]

943 Communissima expoſitio & germaniſſima, duos parietes à Chriſto nexos, accipit duos populos, Gentilem felicet & Iudeum, quorum diſſidia ob cultus diſparitatem, Chriſtus uno ouili & uno paſtore, vna inquam pro omnibus religioſi cultus ratione conſtituta, diremit; & vtrique Deo concilians, ſed etoſ eodem cum uno tertio, eodem quoque inter ſe fecit. Nyſenius orat. de Chriſti Natuit. exiſ- mat, Chriſtum, vt ſic duorum populorum vniō per ipsum facienda iuotesceret, natum eſt in- ter bouem & asinum. [Præſepē (inquit) in quo Verbum gignitur, beſtiarum eſt domus, vt co- gnoscas bos poffefforem tuum, & asinus pta- lepi Domini ſui. Per bouem, intellige illum qui legis iugo ſubiectus eſt: per asinum autem, quod eſt animal ferendis oneribus natum, cum qui ſimulachrorum cultus onusſt eſt criminē. Cæterum commune rationis expertum animalium pabulum, (inquit Propheta,) fœnum iumentis. Quod autem ratione prædictum eſt animal, veſcitur pane. Idecēd in præſepi, quod eſt animalium ratione vacantium ſedes, ē cælo delaplū vite panis proponitur & quæ à ra- tione remota ſum animalia, rationis cibo nu- triantur, atque ita ratione decorentur. Medium igitur in præſepi ſe inter bouem & asinum vi- ſusque Dominus locat, vt medium parietem maceris ſoluens, duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominem; ab altero graue legis iugum eripiens, alteriū ſimulachrum cultus onere liberans.] S. Bernardus ferm. 4. de Epiph. eodem refert, iuſceptum à Chriſto baptiſtū & circumciſiōnē, & celebratum Paſcha figura- ſale ſubiuncto nouo. Sic enim benē oculatis pa- tefactū eſt, Chriſtum duo illa nexuſſe, & am- bos parietes coniunxiſſe.

Inchoata eſt ea compaginatio, in momento productionis Chriſti, quo ſe Patri oblitus ne- xum tam diſcrepantium extremorum. Itaque mox à Chriſto nato, ea conſociatio ante tam diſſidentium populorum, maniſſilarē cepera eſt, hinc paſtoribus Iudeis, inde Gentilibus Magis, ad Chriſti compagem accurrentibus. Dixit id eleganter S. Auguſtinus ferm. 34. de temp. & ſem. 13. de verb. Apoftolis vbi ſic habet. [Quid ſibi vult Abba Pater? Si enim queris quid ſit Abba, reſpondet tibi, Pater. Abba enim He- braicē, Pater dicitur. Quare voluit Apoftolus vtrumque ponere? Quia videbat laſide angularē, quem reprobauerunt adiſcīentes, & fa- cies eſt in caput anguli: non ſine cauſa angulari dictum, niſi quia in oculum recipit vtrumque parietem de diuerso venientem. Hinc cir- cumciſio, inde præputium, tantum à ſe & inter ſe longe, quantum ab angulo longe: quantum autem ad angulum prop̄, & inter ſe vtrique prop̄, in angulo autem inter ſe iuncti. Iſpe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Ergo inde circumciſio, inde præputium, Parietum concordia, anguli gloria.]

Profeſit ex Auguſtino Fulgentius ferm. de Ephiph. verbis illis. [Apoftolica testatur au- riſtas, quia vnuſ eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem. Circumciſionis nomine Iudeos, præputij nomine Gen- tes indubitanter ostendens. Iti ſunt duo pa-

rietes,

QQA

ties, qui ex diuerso venerunt, & in lapidem qui factus est caput anguli, in uiritate fidei conuenerunt. Vnus paries, uenit ex Iudeis, alter ex Gentibus: longe à se diuersi erant, quando diuersa credebant. Positus est in medio lapis angularis, qui ad se vtrumque parietem duceret, & vtrumque uno nomine nuncuparet, essentque vnum communione vocabuli, qui fierent vnum in vna gratia sacramenti. *Per Christum enim qui est pax nostra, faciens utraque vnum, Iudei & Gentiles facti sunt vnum, quibus fidei uinitas, vnum indit nominis Christiani cibulum.* Ad lapidem ergo angularem vterque paries uenit, & verum Angelum, fidei uinitas fecit. Hotum duorum parietum vnu adductus est, quando pastoribus Iudeis, Christum natum Angelus nunciauit: alter paries adductus est, quando Gentilibus Magis, nouum fidus apparuuit. Illi fuerunt primitiae Iudeorum, isti facti sunt primitiae Gentium. Illi de proximo ad ducti, isti de longinquo reducti.]

Ad plenioriem & luculentioriem eiusdem veritatis manifestacionem, spectauit Autor sermonis de Christi Resurectione apud Cyprianum, cum de die qua Christus rediuius ad vitam rediit, sic philosophatur. [In hac terum conuenientia, honorificatus est Christus, & gloriosa triumphos letabunda hodie canit Ecclesia, in lapide angulari confoscians difunctiones olim parietes: quos in vnum mirabilis artifex sculo sanguine glutinauit, & reprobato diuina maligni fidei fundamento, charitatis sua nebulis diffusa copulauit macetas, & rededit partes in totum, & multa in vnum; & facti sunt vna domus, confoederati parietes, & stabile fundamentum.] Denique Tertullianus lib. contra Iudeos cap. ultimo, quia in mundi meta & extrema iudicij die, congregatis vndeconque clades ex omnibus gentibus, tribubus, populis & linguis, manifestissima erit dissidentia populorum adunatio per Christum; tempus illud assignat, quo prodratur Christum anguli lapidem, fecisse utraque vnu, & pacem perfectam fecisse in omnibus, ac inter omnia, tam quae in celo, quam quae in terra sunt.

Vtus doctrina, de Christo mediatore, & pace nostra.

944 Quam pacem procul odorati, gratulatione tanta exceperunt prisci Patres, ne vitio nostro velimus perditam; facti partarij rebellium lumini, & factiosorum principis Satanæ; ac fedi fragi, qui partam & firmatam per Christum pacem nulla ex causa violamus. Nihil melius quam pax in Christo, ait S. Ignatius Epist. ad Ephes. Nulla salus bello. Pacem ergo redintegrata custodiamus studiosus, sicut docet nos Ecclesia, pacem & dandam & conseruandam frequentissime pascens. Audi S. Chrysostomum hom. 3. in ad Coloss. [Propterea oramus, ad dicimus petentes Angelum pacis, & semper pacem petimus. Nihil enim potest ei equiparari. In Ecclesiis pacem, in supplicationibus, in salutationibus, & semel, & bis, & ter, & saepè eam dat is qui praest Ecclesie, dicens; Pax vobis. Quamobrem? Quoniam ipsa est mater omnium bonorum, ipsa est gaudij materia & argumentum. Propterea Christus quoque, Apostolis domus ingredientibus, hoc iustis statim

dicere, tanquam aliquod bonorum symbolum. Intrantes enim, (inquit,) domos dicit, Pax vobis. Nam si ea non sit, omnia sunt superacnes. Et Christus dicebat Discipulis, Pax domini vobis, pacem meam dabo vobis.]

Mox vero autor serio est, vt de pace plena & perfecta, simus solliciti. Hanc enim esse, quam Christus redintegrare venit, idque intimiri doceat, prisca salutatione, qua Episcopus publice impetrabat populum. [Non dicit Ecclesia pr. Pax vobis sollemmodo, sed pax omnibus. Quid enim, si cum hoc quidem panem habemus, cum illo autem bellum & pugnam, quid luci fieremus? Neque enim in corpore, si ex elementis alia quidem quieteant, alia vero seditionem agitant, fieri potest ut tranquilla constitutio, sed per modum omnium ordinem, & confusum & pacem: & si non omnia quieteant & in suis maneat terminis, omnia evenerint. In nostra quoque mente, nisi omnes quieteantur, pax non erit. Tale bonus est pax, ut filii Dei vocentur, eius effectores & opifices. Et merito. Nam Dei filius ideo quoque uenit in terram, pacificatus quia in terra & que in celis. Si autem pacifici, sunt filii Dei, qui res nostra student facere, sunt filii Diaboli.] Et paulo post. [Quum ingressus fuerit qui praefit Ecclesia, statim dicit; Pax omnibus. Quando sermonem facit ac concionatur, Pax omnibus. Quando benedicit; Pax omnibus. Quando iubet salutare, Pax omnibus. Quando peractum fuerit sacrificium; Pax omnibus. Et rufus in intermedio, Gratia vobis & pax. Quoniam ergo non absurdum, si toties audientes habere pacem, inter nos bellum geramus? Accipientes & reddentes, cum eo qui dat pacem, bellum gerimus. Dicis, Et spiritui tuo, & cum foris calumnias? Hei mihi, Quae sunt Ecclesia honesta & vera, facta sunt figure tantum rerum, sed non aliqua veritas. Hei mihi, sique ad verba mentem symbola horum castrorum. Unde etiam ignoramus cur dicatur, Pax omnibus.] Ille dux Petrus. Epist. 122. responsu illud plebis Christiana, & cum spiritu tuo, putat dirigi ad ipsum. Dem. sensuque responsi esse; cum nos Domine inter nos conixeris, item cum teipso, ac spiritu tuo, nexos velis. Sed sensu Chrysostomi, videtur simplicior.

945 Caudendum ergo est, pacem dant vel reddenti ex Christi praescripto, ad memorandum & imitatione exprimendam pacem a Christo factam, ne nominibus nudi contentus, & a pax alienus, pacidicus, non pacificus iuxta Bernardum serm. de Conuersatione ad Clericos c. viii, audiuit opprobrium illud quod ab Optato lib. 3. Donatilis est ingestum. [Vtique dixit, pax vobiscum: cum Deus contra: Pax? Et ubi pax? Hoc est dicere: Quid salutas, de quo non habes? quid nominas quod exterminasti? Salutes de pace qui non amas? [In hanc rem egregi S. Chrysostomus hom. 21. in ad Rom. Quam si Christo cordi, non vt verbo tantum, inuicem pacati simus, sed ipsis, atque adeo vt sinceras pacem inuicem habeamus, colligit Ildebrandus Pet. 4. Epist. 111. ex eo quod Christus ipsis, non verbo tenus, cœlum & terram pacauerit, & conciliauerit. [Maxime (inquit) caro sunt Deo Verbo, hominum in se reconciliationes. Nam idem ille qui celestium cum terrestribus gratiam redintegravit, odia quoque hominum dissipavit.

dissoluit, neque enasci ea permittens; et si forte germinauerint, radicibus illa concuriens atque euellens. Ait enim, *Noli iraçci fratri tuo temere.* Quia verò probè cognitam habet humanam infirmitatem, quæ leui momento ad lapsum impellitor, etiam exortis inimicitiis, dissoluit eorum radices, adeoque proprium munus imperfectum manere aequo animo fert, quo ad usque inter nos in concordiam redeamus.] Hoc recognitandum, pacem dantibus ac redditibus non qualem Christus dedit, sinceram & ex animo, sed quemadmodum Iudas præbuit fucatam & laborum tenuis.

At iis qui pacem sinceram, & in se habuerint ipsi, & circa alios seruauerint & curauerint, Christi pacis nostræ imitatio perfecta, & diuina filatio reposita est de quo audi Isidorus Pelusiottam lib. 4. Epist. 169. [Pacificos beatos prædicauit Saluator, & filios Dei futuros esse promisit: qui primò quidem in semetipsis pacem colunt, nec laborant seditiones, sed bellum quasi ciuile & intestine dirimunt, dum corpus spiritui subiungunt, & partem sui in superiorē eō adducunt, ut prestantiori seruat seruitutem quavis libertate, adeoque & regno quoquis, potiorem. Deinde, qui alii quoque, vel secum ipsi, vel cum aliis dissidentibus pacis sunt autores. Nemo autem ad id alteri conciliandum idoneus fuerit, quod ipse non habet. Vnde fit etiam, ut immensam diuinam bonitatem vim demires, quæ bonas retributiones non tantum laboribus ac sudoribus, sed quodammodo etiam voluntatibus sese daturam pollicetur; siquidem fastigium rerum delectabilium omnium partinet, quæ absente, nihil quicquam eorum valcet, quæ ad animum deumelendum sunt comparata, bello videlicet pacem extingue. Sed & hoc pulchre atque concinne dictum esse putandum est. Filios Dei vocarum iri pacificos, quodque illud præmium huic certaminis sit tributum. Cum enim ipse, ut qui genuinus sit filius, ad pacem compofuerit omnia, dum & corpus redidit virtuti pronum atque obediens, & populos duos, qui inquam, ex Iudeis pariter ac Gentilibus excederunt, in unum nouum hominem condidit; & denique celestia terrenis compaginavit, recte atque ordine fecit, quod eadem, quantum quidem in ipsis est præstantes, eadem quoque appellationis dignitate decorandos pronuntiant, & in filiationis honorem coaptando; qui supremus est beatitudinis terminus.]



CAPUT VI.

*Christus Via, & iter quo ostenditur
salutare Dei terra, marique.*

946 **I**c Christi titulus, quomodo nexus sit cum titulo mediatoris, aperio verbis S. Greg. 22. mot. c. 18. vbi tractans illud, *quis mihi tribuat adiutorem, ut desiderium meum omnipotens audiat?* interpretatur ea verba de desiderio Christi adiutoris, quo Iob flagrabit. Quod autem Christus adiutor fuerit, sic exponit S. Gr. [Ipse quippe adiunxit hominem, Theoph. Raynaldi de Atrib. Christi.

factus homo: ut quia puro homini via redeundi non patet ad Deum, via redeundi fieret per hominem Deum. Longè quippe distamus à iusto & immortali, nos mortales & iniusti. Sed inter & immortalem iustum, & nos mortales iniustos, apparuit mediator Dei & hominum, mortal & iustus, qui & mortem haberet cum hominibus, & iustitiam cum Deo: ut quia per ima nostra longè distabamus à summis, in seipso uno, iungeret ima cum summis: atque ex eo nobis via redeundi fieret ad Deum, quo summis suis ima nostra copularet. Hunc ergo Beatus Iob, per totius Ecclesias significationem loquens mediatorem requirit, qui cum dixisset, *Quis mihi tribuat adiutorem, aperte subdidit, ut desiderium meum omnipotens audiat.*] S. item Augustinus. 9. Civit. cap. 1. cum pulcherrius tradidisset Christi mediatoris munus, idque contra Platonicos negasset Angelis, concludit disputationem in hunc modum. [Nec tamen ob hoc mediator est, quia verbum: maximè quippe immortale, & maximè beatum Verbu, longè est à mortalibus miseri, sed mediator per quod homo eo ipso ostendens virique ad illud non solum beatum, verum etiam beatissimum bonum, non oportere quæsi alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruentiois gradus esse moliendos; quia beatus & beatissimus Deus, factus paticeps humanitatis nostre, compendium præbuit participatione diuinitatis sua. Neque enim nos à mortalitate & miseria liberans, ad Angelos immortales beatosque ita perducit ut corum participatione etiam nos immortales & beati simus; sed ad illam Trinitatem, cuius & Angeli participatione beati sunt. Ideo quando in forma servi, ut mediator esset, in ista Angelos esse voluit, in forma Dei super Angelos mansit; idem in inferioribus via vita, qui in superioribus vita.] Quare apostolus hoc loco, consequenter ad titulum mediatoris, exponemus, quomodo Christus dicatur *via, & iter ad salutare Dei.* Et cum iter, alio si terrestre, alio maritimum, (soli quippe sunt duo modi longinquas plenaque terras adiundat:) utrumque hic prosequemur, initio factio à priore, quod & frequentius est, & viueralius.

Omnes hic peregrini, & viatores,

947 Ut autem solidè procedamus, tenuique eruamus ab ipsa radice, premittendum est, omnes nos hic peregrinari, & extores esse à patria. Traditum id à Seneca, cuius id in Centone de remediis fortunæ producitur, sancè præclarum. [Peregrinatio est vita: multum cum deambulaveris, domum redeundum est. J. Piger, de Ethnico homine, tametsi sapè nostro, can veritatem discere, cum in Scripturis & apud Patres, illam habemus testatissimam. Princeps Apostolorum, Christianos obtestatur, meminirent tanquam adiuvia & peregrini, abstinere à carnalibus desideriis. Coapostolus eius Paulus Heb. 11. celebrat fidem Abrahæ ceterorumque antiquorum Patrum, qui super terram habitauerant ut peregrini. *Iuxta fidem* (inquit) *defuncti sunt omnes ipsi non acceptis recompensationibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram.* Quienam hac dicunt, significant se parvam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent de qua

QQQ 2 exterunt,